Fratris Hieronymi.

Sauonarolæ Ferrarieſis expoſitiões in pſalmos.
Qui regis iſrael.
Miſerere mei deus.
In te domine ſperaui.
Item
Regulæ quedam fructuoſiſſimæ ad omnes religio-
ſos attinentes.
Oratio: uel pſalmus. Diligam te domine.



❧ Nouiſſime cum textuũ annotatio
nibus omnia diligẽter recognita.

¶ Oratio deuotissima ad uirginem Mariam.

Funde preces in celis
Maria stella maris.
Remoue cito peccata
Vnde uota sint grata
Omniumq; prolata
Maria stella maris.
A deo benedicta
Ab angelo iam dicta
In celis descripta
Maria stella maris
Alta unda celorum
Et decus angelorum
Audi preces peccatoꝝ
Maria stella maris.
Tu tota es formosa
Tu tota speciosa
Tu tota gratiosa
Maria stella maris.
Tu es norma iustorum
Tutela peccatorum
Letitia sanctorum
Maria stella maris.
Eya glorificata
Et cum christo locata
Sis nostra aduocata
Maria stella maris.
Vt a morbo pestilentiæ
Et ab omni prauo sceleř
Nos d̄fēdat sēp & hodie
Maria stella maris. Am̄

¶ Oratio deuotissima contra pestem

¶ Ego sum Martha hospita christi filij dei uiui. Qui cōfidit in me: non morietur in eternum a morbo epidimię: quia data est mihi gratia a domino meo Iesu Christo.

¶Frater Hieronymus Sauonarola Ferrariensis: ordinis prędicatorū: seruus inutilis Iesu christi: fratri N. conseruo suo salutem. Pręfatio.



Aluet te dominus Iesus fili charissime. Cum orare cupias pro ecclesia sancta Dei: ac ꝑ tua portiuncula eam: cum cæteris uere fidelibus: in hac nostra infœlici ætate iuuari: sciens orationem iustoꝝ multū ualere apud deum. (Respexit enim dominus in orationem humilium: & non spreuit preces eorum): a me iuxta laudabile propositum tuum deuotam orationem exposcis. Ego itaq; cognoscens Deum magis exaudire desideria q̄ uerba: cogitaui tibi orationem tradere: quæ hoc tuum sanctum desiderium quotidie magis: ac magis inflammare possit. Statimq;: deo inspirante: psalmus. lxxix. occurrit: quo nihil proposito nostro magis conuenire poterat Hunc ergo tibi expositum mittimus: non ea expositione: quæ ad plenam eius intelligentiam: sed ea dumtaxat: quæ ad orantem pro præsenti ecclesia sufficiat. Erit enim tibi psalmus iste hoc modo expositus: tanq̄ Spiritus sancti te ad hæc desideria excitantis instrumentum: qui (ut dicit Apostolus) adiuuat infirmitatē nostrā: & postulat pro nobis: idest postulare nos facit gemitibus inenarabilibus. Cum aūt orabis: memor esto ēt mei peccatoris. Vale.

¶ Incipit expositio fratris Hieronymi sauonarolæ Ferrariensis psalmi. lxxix (Qui regis Israel) p mo- dũ oratiõis. Et primo super titulũ. Titulus est.

¶ In finem pro his: qui commutabuntur: psalmus. Pro assyriis testimoniũ Asaph. Natura: quæ a Deo in suo opere semper dirigitur & gubernatur: per se nunquam malum intendit: sed solum per accidens: dum scilicet aliquod bonum: quod sine corruptio- ne fieri nequit: uult facere. Ignis enim per se non in- tendit comburere ligna: sed formam suam in mate- riam lignorum introducere. Quæ cum introduci non possit sine exustione lignorum: ipsam quoq; lignorum exustionem & corruptionem per accidens intendit. Ad similitudinem igitur naturæ uir iustus nunquam malum per se intendit: sed bonum. Ve- rum cum bonum sine malo præcedente non potest fieri: ut ipsum bonum nõ impediatur: desiderat per accidens ipsum malum. Nam pater flagellat filium: nõ quia ei per se flagellum filii placeat: sed per ipsum intendit filium a malo prohibere: & ad bonum in- ducere. Sic etiam deus pater flagellat omnem filium quem recipit: intendens per se bonum eius non ma- lum. Intentio ergo iusti uiri in hoc psalmo est: bonũ ecclesiæ apud deũ procurare: idest conuersionem pec catorum & diffusionem gratiæ spiritus sancti abun dantem in cordibus omnium christianorũ: & dilata tionem fidei usq; ad terminos orbis terrarum. Verũ quia uidet christianũ populũ a recto itinere recessisse & in tantũ deuiasse: ut ad rectã uiã sine flagello re- dire non possit: ipsum flagellũ hac intentione deside rat: ut ad deũ etiã ui redeat. Licet eni deus: cui nihil

est impossibile

est impossibile: sine flagello posset homines ad pœnitentiam conuertere: tn̄ non sic facere consueuit: qa omnia sapienter agit. Bene ergo dicitur in titulo.
¶ In finem pro his: qui commutabuntur: psalmus Quia psalmus iste: & oratio hæc a nobis facienda est pro his: qui de uitiis ad uirtutes: & de bono in melius cōmutabūtur: quos deus diriget in finem: idest in consumationem uirtutum: & tandem in uitam æternam. Quia autem per flagella hoc tandem euenire putamus: quod multi nunquam credunt: bene sequitur in titulo. Pro assyriis testimonium Asaph. Nam Asaph colligens: seu congregans. Assyrii uero dirigentes interpraetantur. Quis est ergo Asaph nisi prædicator: qui populos & electos dei huc illucq; dispersos colligit: & in unā ecclesiam: in unāq; fidem: & charitatem congregat? Qui sunt autem assyrii: iudeorum: & populi israel semper inimici: nisi hi: qui flagellabunt populum dei: & flagellis suis dirigent eum in uiam salutis æternæ? Sicuti enim flagello iumentum dirigimus: & ipsum flagellum propter hoc dirigens uulgariter nonnunquam appellamus: ita inimici ecclesiæ dirigentes recte nominantur: quando per eorum persecutiones deus dirigit electos suos in uiam rectam. Quia ergo prædicator fidelibus hoc notum facit: recte dicitur. Pro assyriis testimonium Asaph: ac si titulus iste apertius dicat. Psalmum istum: & orationem dicito pro his: qui a uitiis ad uirtutes commutabuntur: uidelicet: ut cito cōmutent: & in cōsumatione uirtutum perducātur: & ora pro Assyriis. i. pro flagellātibus: & dirigentibus populum dei: ut cito ueniant. De quibus

Aſaph.i.prædicator teſtimoniuꝫ reddit:qa eccleſiæ ſũt neceſſarii:quę dicit & clamat. (De neceſſitatibus meis erue me dñe). Eleuatis ergo oculis ſuis ad cœlũ uir iuſtus huiuſcemodi uerbis ad orãdum inuitatus quaſi totum mũdum collapſum deo repſentatis cuꝫ lachrymis dicit. Pſalmus lxxix.



QVi regis iſrael intende. qui deducis uelut ouẽ ioſeph. (Quia te dñe cognoſcimus p effectus tunc dicimus: te rebus gubernã dis eſſe intentum: qñ eas efficaciter ad ſuos fines perducis ;quã do uero eas a ſuo fine cadere per mittis:eis regẽdis te nõ eſſe intẽ tũ profitemur. Cõſiderans igitur ego uniuerſum mũ dum ſpiritualiter periclitari:tum quia maxima pars eius eſt in tenebris infidelitatis : tum quia populus fidelis eſt fere totus corruptus:adeo ut hodie uerificetur illud in eo. (Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt. Non eſt qui faciat bonum:non eſt uſqꝫ ad unum) Ad te cõfugio non dubitãs:ſed ſtupens:& rogans:ne ſis ſicut homines:qui cum ſunt rebus : quæ amãt:uehementer intẽti:aliis minus dilectis minime uel parum intẽdunt. Tu ergo dñe (qui regis iſrael) ideſt te uidentes in æterna uita : quibus gubernãdis uideris uehemẽter intẽtus. Iſrael enim interpretatur uidens deum. Intẽde ẽtiã adiutorium noſtrum. In patria nãqꝫ cœleſti:ubi beati uidẽt te:ex mirabili ordine:& gloria ciuium eius apparet : ꝙ tu regis iſrael: & ꝙ eorum

& q eorum gubernationi sis uehementer intentus: adeo ut nostri uidearis penitus oblitus, cum omnia nostra uideantur confusa. Rogamus ergo te: qui cœlum: & terram in tranquillitate gubernas: ne cœlestibus adeo intendas: ut regimen ecclesiæ tuæ penitus relinquas. Intende ergo in adiutorium nostrum domine: qui regis israel: intende inquam.

¶ Qui deducis uelut ouem Ioseph.) Nam Ioseph qui interpretatur augumentum: quid significat: nisi populum tuum fidelem: & deuotum: sed paruulum: quem genuisti in senectute tua: idest in hac ultima: & infœlici nostra ætate: qui a fratrib⁹ suis persecutiones magnas patitur: & somniator nominat̃. Hunc tu paulatim in tribulationibus crescẽtem deducis per ignem & aquam: sicut ouem mansuetam ad macellum: mortificatam tota die: ut per compedes: & carceres trãseat ad regnum: & ad pascua uiriditatis æternæ. Qui ergo deducis uelut ouẽ Ioseph: putans ab incredulis: nullam de rebus nostris curam habere: & ideo intende in adiutorium nostrum: ut obstruatur os loquentium iniqua. Nos enim non petimus aurum: aut diuitias: uel huius sæculi dignitates: sed lumen tuum desideramus: te cognoscere ardentissime optamus.

¶ Qui sedes super cherubin: manifestare coram Effraim: Beniamin: & Manassę. (Cherubin plenitudo sciẽtiæ: Effraim: fructificatio: Beniamin: filius dexteræ: Manasses: obliuio iterpretatur. Tu ergo: qui sedes: & quiescis in temetipso ab omni opere: quod parasti: & in sede tuæ æternitatis stabiliris: ac in celsitudine throni tuæ maiestatis permanes tanquam Rex

tanquã dominus: tanquam iudex: & magister om
niu℥: tu inquã: (qui sedes super Cherubin): idest su
per plenitudinem scientiæ: & superans omnẽ scien-
tiam: & omnem intellectum: quia uere tu es deus ab
sconditus (Manifestare): idest appare obsecro (Corã
Effraim) idest coram populo tuo iam tibi fructifi-
cante: ut cognoscat te perfecte: quia qui cognoscit te
diligit te: obliuiscitur se: amat te plusquam se: & fru
ctus mirabiles in ecclesia facit (Appare etiam coram
Beniamin (idest coram omnibus prædestinatis tuis
hic: & ubiq; comorantibus; qui uere ex ipsa præde-
stinatione filii dexteræ tuæ uocari digni sunt: ut cre-
scat populus tuus: & filii tui dispersi congregentur.
& fiat unum ouile: & unus pastor (Appare deniq; &
Manassæ) idest omnibus populis infidelibus: quos
obliuioni tradidisse uideris: qa te ipsi obliuioni tra-
diderunt: cũm panem uitæ tanto tempore eis dene-
gaueris. Manifesta te tandem mundo: ut de tenebris
& umbra mortis homines egrediantur ad lucem:
& dirigãt gressus suos ĩ uiã pacis. Si autẽ peruersi dif
ficile corriguntur: & si stultorũ infinitus ẽ numerus.
(Excitã potentiam tuam: & ueni: ut saluos facias
nos) Ecce diuites opprimũt pauperes: plebem tuam
lacerant. Peruersi iustos sine misericordia ꝑsequun-
tur: non habent fideles tui patres: non habent ? de-
fensores. Per mala exempla seniorum: & cleri incor-
rigibilis infiniti trahuntur ad inferos. Tepidorum
non est numerus: quorum prauis suasionibus to-
tus mundus inficitur. Nolunt audire uerba ueríta-
tis: a nullo castigari possunt. Vnde tui fideles non
audent leuare caput. Quid agis domine? Cur dor-
mis? Vt

mis? Vt quid potentiam tuam abscondis? Excita
Queso potentiam tuam: & ueni. Per flagella: qui
ubiq; es per potentiam: percute peruersores: occide
calūniatores: dāna reprobos blasphematores. Non
hoc dico: non hoc opto: non hoc peto: quia dele-
cter in pœnis: sed ut saluos facias nos electos tuos
tibi iugiter seruiētes: te super omnia diligētes: tuisq;
mandatis semper obtēperantes. ¶ Dicis forte mihi.
Si misero gladium: si pestem: si famē: putas te in tot
& tantis tribulationibus perseuerare posse.
¶ Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam: & sal
ui erimus. Nos quippe fragiles sumus: nos in no-
stra uirtute non confidimus (quia non sumus suf-
ficientes cogitare aliquid a nobis: tanquam ex no-
bis: sed nostra sufficientia ex deo est.) Corpus enim
quod corrumpitur: aggrauat animam: & terrena in
habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Igi-
tur tu deus conuerte nos. Ad te conuerte: a terre-
nis ad cœlestia: rebelles nostras ad te conuerte uolun
tates: & conuersis nobis ostende faciem tuam: ut
cognoscamus te: ostende potentiam tuam: ut timea
mus te: ostende sapientiam tuam: ut ueneremur te:
ostende bonitatem tuam: ut diligamus te. Ostende
semel: ostende iterum: ostende semper: ut per tribu-
lationes læta facie trāseamus. (Et salui erimus.) Te
enim saluante: salui erimus: te manum subtrahente:
saluari non possumus. Quid tardas domine? cur nō
exaudis orationes nostras?
¶ Domine deus uirtutum: quousq; irasceris super
orationē serui tui? Te enim rogaui pluries: te rogaui
diu: te rogaui centies: & milies. Cur ergo non exau-

dis? Vt quid moraris? Nunquid adhuc iratus es mihi ꝑpter peccata mea? (Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quiſ ſuſtinebit?) Domine ergo: qui potes omnia. Deus qui regis omnia: ſub quo curuantur: qui portant orbem: quem tremunt poteſtates: cœli cœlorumqꝫ uirtutes (Domine deus uirtutuꝫ: quouſqꝫ iraſceris ſuper oratione ſerui tui?) Vbi eſt zelus tuus: & fortitudo tua: & multitudo uiſcerum tuorum? Nūquid ſuper nos cōtinuerūt ſe? Clamabimus ad te die ac nocte: ſcietes q̄ tādem tardabis: tandem importunitatem noſtram tu exaudies.

¶ Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis: in menſura. Spero inquam exaudiri: quia ueritatē dilexiſti: negare te ipſuꝫ non potes. Dixiſti enim. (Petite: & dabitur uobis). Querite: & inuenietis. Pulſate: & aperietur uobis. Veruꝫ prius. (Cibabis nos pane lachrymarum?) Pane amaro: pane dulci. Lachrymæ enī amaræ: & dulces ſunt Amaræ propter abſentiam boni. Dulces propter certitudinem illud inueniendi. Amaræ ſunt: (quia ſpes: quæ differtur: affligit animaꝫ). Dulces proprer præſentiam dulcedinis tuæ: qui excitas nos ad orandum: & poſtulare nos facis gemitibus inenarrabilibus. (Et potuꝫ dabis nobis). De calice: qui eſt in manu tua. (uini meri plenus mixto). (Quia ſecundum multitudinem dolorum noſtrorum in corde noſtro: cōſolationes tuæ lætificabūt animas noſtras). Potum ergo dabis nobis in lachrymis tribulationum: quæ lauant faciem conſcientiæ: clarificant intellectum: humectant cor deuotione: & saporem nobis præbent charitatis. Bonæ ergo lachrymæ tuæ: dulces pro

dulces pfecto lachrymę tuę sunt : quæ fuerũt nobis panes die ac nocte. Exaudies ergo nos : sed prius cibabis : & potabis nos lachrymis : non supra uires : sed (In mensura) idest scd'm mensuram uirtutis nostræ. (Non enim patieris nos tentari supra id : quod possumus : sed facies etiam cum tentatione prouentum : ut possimus sustinere). Cibabis inquã nos lachrymis : nõ semp : sed in mensura temporis : quod posuisti in tua potestate. Cum ergo uenerit illud tempus cessabunt lachrymæ : & gemitus : cessabit ira tua : orationes nostræ exaudientur. Conuertes nos : ostendes faciem tuam : excitabis potentiam tuam : saluos facies nos : & manifestaberis coram Effraim : Beniamin : & manasse : dilatabisq; ecclesiam tuam : & intendes regimini eius : interim uero (in patientia nostra possidebimus animas nostras). Quia.

¶ Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris : & inimici nostri subsanauerunt nos). Interim tanquam filios castigas nos : ut mundemur : ut cor diuitiis non apponamus : ut gloriam humanam non sequamur : ut ueritas tua magis elucescat : & ideo (Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris). Qui sunt autem uicini nostri : nisi tepidi : qui in exterioribus uidentur christiani : qui dicũt. (Domine gratias ago tibi : quia non sum sicut cæteri homines : iniusti : raptores : adulteri : uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato : decimas do omnium : quæ possideo). Intus autem non sunt uere christiani : Vicini ergo sunt : qa operibus similes nobis uidentur. Sed non sunt domestici : quia humilitatem : quia charitatem non habent. Quomodo ergo posuisti nos in

contradictionem tepidis: nisi quia illuminasti nos de uia ueritatis: & ostendisti nobis faciem tuã? Hinc uidimus eos: & intelleximus: quia sunt sicut sepulchra dealbata: quae foris patent hominibus speciosa: intus autem sunt plena ossibus mortuorum: & omni spurcitia. Ne ergo eorum uerbis: & exemplis simplices: & caeteri christiani perirent: te praecipiente clamauimus: & diximus. (Cauete a fermento pharisaeorum: quod est hypocrisis). Non uos cerimoniae saluabunt. denudauimus eorum cauteriatas conscientias. Reprehendimus eos dicentes. Vos estis: qui iustificatis uos corã hominibus. Deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est: abhominatio est ante deum. Hinc ergo rabies: hinc odium: hinc contradictio. Amant enim gloriam hominum plusquam gloriam dei. Ideo circũeunt ciuitatem: huc illucq; discurrunt: per domos muliercularum cursitant: murmurant: detrahunt: contradicunt: & persequuntur nos. (Et ideo inimici nostri subsanauerunt nos). Inimici nostri peccatores sunt manifesti. Amici huius saeculi: supbi: auari: luxuriosi: blasphemi: homicidae: & inimici crucis christi. Hi ergo uerba nostra: imo tua domine: audire nolentes: sed fugientes a tepidis persuasi: subsanauerunt nos: & rugato naso nos tanquam stultos despexerunt. Et quid est: q̃ uicini nostri contradixerunt: & inimici subsanauerunt? Cur plus nocent uicini q̃ inimici? Nunquid tepidi non sunt inimici? imo certe inimici: & capitales inimici: sed fraudulenti: sed occulti. Se enim amicos simulant: se nos diligere dicunt: se pro ueritate loqui: non quia odio nos habeant

habeant:falso ostēdunt. Plus ergo isti nocent q̄ aperti inimici: dicuntur ergo inimici:quia se amicos nostros faciunt:sed tamen contradicunt. Inimici uero tantuꝫ subsannant. Et inimici non subsannarent:nisi isti contradicerent. Inimici cōuerterentur ad pœnitentiam:nisi tepidi eos impedirēt. Inimici deniqꝫ fierent amici:& ueritatis defensores:nisi ecclesia haberet tepidos contradictores. Magnum bellum: periculosum certamen:dubia uictoria. Ergo.

¶ Deus uirtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam:& salui erimus). Deus qui supernis uirtutibus fortitudinem præbes: ut sine timore pugnent cum antiquo dracone: & omnia ardua magni animi fortitudine aggrediantur. (Deus uirtutū cōuerte nos) Ab amore proprio ad tuum perfectum amorem: per quem tibi uniamur:& tibi adhæreamus: quia sic nihil timebimus:& tota fiducia bella tua pugnabim⁹ Tu es enim fortitudo nostra: & firmamentum nostrum: refugium nostrum: & protectio nostra. (Et ideo ostende faciem tuam). Ostende ueritatem tuaꝫ: manifesta lucem tuaꝫ:ne tepidi decipiant nos: ne cor nostrum tenebris inuoluant. Vt fugiamus laqueos eorum:& per uiam ueritatis incedamus. Et sic te liberante:te illuminante:te pro nobis pugnante:salui erimus. Age domine:fac domīe: surge expergiscere: ueni:& noli tardare. (Vbi sūt misericordiæ tuę antiquæ domine)? Memor esto laborū tuorū:ne contēnas sudores tuos (Opa manuū tuarꝝ ne despicias.)

¶ Vineam de ægypto transtulisti: eiecisti gentes: & plantasti eā. Vinea tua ecclesia tua est. Quare uinea? Quia uinum producit: quod inebriat mentes homi-

num amore diuinorũ : quod lætificat corda nostra. Vinea bona. Vinea optima: quæ quicqd circũponi tur radici eius: conuertit in uinum. Si aquam: si stercus: si aliud quid circumponas radici eius: eius totũ quicquid ad se trahit: conuertit in uinum. Non enim unquam aquam: uel stercus: uel aliud q̃ uinum producit. Ita quicquid ecclesiæ: & animæ fideli circumponis: siue subsannationem: siue persecutionem: siue aurum: siue laudes: siue maledictiões: omnia conuertit ad charitatem: ad pœnitentiam: ad humilitatẽ cæterasq; uirtutes. Hanc uineam huiusmodi homines fideles nihil in hoc mundo appetentes: nihilq; timẽtes (De ægypto) idest de tenebris trãstulisti. Erãt enim in tenebris ignorantiæ: & peccatorum caligine ignorabant finem suum: nesciebant quo tenderent. (Misisti eis lumen tuum: & de tenebris eduxisti eos (Gentes autem) idest dæmones: idest peruersi homines: irrõnabiles: sine lege: & sine disciplina psequebantur eos: uastabãt uineam. Erãt sicut lapides in ea durissimi: percussores: pedes ambulantium offendentes: palmites destruentes: & fructus uineæ impedientes. Eiecisti ergo gentes: tyrannos interfecisti: idola destruxisti: hæreticos anathematizasti: lapides collegisti: proiecisti: longe eos a uinea fecisti: & in profundum descẽderunt. Et plantasti eam in monte sancto tuo: in fide tua: in perfectione iustitiæ: in christo tuo. Transiuit per mare rubrum: transiuit per ignem: & aquam: per multas tribulationes non defecit: saluata est. Quare

¶ Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius: & impleuit terram) Dux fortis: dux sapiens: dux

ens: dux bonus: dux magnus (Quoniam deus magnus dominus: & rex magnus super omnes deos.) Quis ergo talem ducem non sequatur? Quomodo autem dux fuisti? Venisti: apparuisti in carne: persecutiones: contradictiones: maledictiones: irrisiones: flagella: mortem crucis pro ea sustinuisti. Transisti ad patrem per uiam crucis: & clamasti (Qui uult uenire post me: abneget semet ipsum: & tollat crucem suam: & sequatur me.) Magnus dux: difficilis uia. Sed quis timebit sequi talem ducem: non ipse sequitur: sed antecedit. Tu ergo dux: non occultus: sed manifestus: omnes te uidere potuerunt (Dux itineris fuisti in conspectu eius.) Manifeste enim inter latrones crucifixus fuisti. Et quia uinea debilis est: lignum enim fragile: lignum uitis: tu roborasti eam. (Et plantasti radices eius). Non homo carnalis: nō angelus plantauit. Sed tu manibus tuis: sapientia tua: potentia tua: & bonitate tua plantasti radices amoris eius. charitatis eius: dilectionis eius. Plantasti inquam in terra bona: in terra uiuentium: in plagis tuis: in cruce tua: in diuinitate tua: & ideo fructum fecit uinum dulce: uinum optimum: uinū inebrians produxit: palmites multiplicauit: & impleuit terram. Impleuit inquam uirtutibus: donis cœlestibus: gratia: lumine: & scientia dei. Nō scientia philosophorum: qui cum cognouissent deū: non sicut deū glorificauerunt: aut gratias egerunt. Sed euanuerūt in cogitationibus suis: & obscuratū est insipiens cor eorū. Dicētes enim: se esse sapientes: stulti facti sunt. Non sic uinea tua domine. Quare? Quia

¶ Operuit mōtes umbra eius: & arbusta eius cedros

dei. Que ē umbra? Vetus teſtamētū præcedēs uerita
tē euāgelii: ſicut umbra præcedit corpus: quando ſol
ſubſeqtur. Cū aūt ſol uenerit ante faciē noſtrā: iam
nō umbra præcedit: ſed ſeqtur: & a nobis non uidet
Ita ueritatē: & gratiā: quæ eſt p ieſum chriſtū: præceſ
ſit lex tāquā umbra: qa ſequebat ſol iuſtitiæ: ut ueni
ret: & appareret: & oſtenderet nobis faciē ſuā. Venit
ergo: & ueritatē aperuit lucemq́ ante oculos noſtros
poſuit. Vmbra iam poſt tergum ſeqtur. Nos ergo ſu
gimus eā: & uerſus ſolem tendimus: trāſiuit umbra le
gis: & ſacrificiorū: quia uenit ſol iuſtitiæ chriſtus de⁹
noſter (Vmbra ergo eius) ideſt lex: & doctrina pphe
tarum obſcura operuit mōtes. Qui ſunt mōtes? Sta
biles in fide: & alti perfectiōe iuſtitiæ: & diuinorum
contēplatione. Certe patriarchæ: & pphetæ: nō phi
loſophi: & oratores: qui ſūt mōtes ſuperbiæ. A lumi
ne ergo ſupnaturali: & diuino patriarcharū: & pphe
tarū proceſſit uinea (Et operuit mōtes umbra eius).
ideſt ipſos patriarchas: & prophetas: q pleni doctria
legis: & prophetico ſpiritu referti: regebant uineā. &
ſuſtētabant eā. Veniſti domine ad cultores uineæ: &
ipſi te occiderūt: eiiciētes extra uineā. Sed tu malos
male perdens locaſti uineā tuam aliis agricolis: qui fe
cerūt fructus eius: & umbrā legis conuerterūt in lucē
Senſū carnalē traxerunt ad ſpiritualē: ut ſub umbra
illius ſederēt laſſi: & ab æſtu refrigerarent: et umbra
eius facta eſt lux: quia lex ipſa ſpiritualiter intellecta
facta ē euangeliū: ſub cuius umbra: quæ eſt lux ſedēſ
anima laſſa cātat: & dicit. (Sub umbra illi⁹ quē deſi
derauerā: ſedi: & fructus ei⁹ dulcis gutturi meo.) Et
iterū. (Spiritus oris noſtri chriſtus domin⁹ captus ē
in peccatis

in peccatis nostris):cui dixim⁹. (In umbra tua uiuemus in gentibus) multiplicauit ergo palmites in gentibus: uenerũt enim gẽtes ad christũ:ad agricolã: ad uitẽ:ad uineã: multiplicati sunt palmites: excreuerũt numero: & merito facti sũt sicut arbusta: & eleuata sũt arbusta eius. (Et opuerunt cedros dei). Qui sũt cedri dei: apostoli dei: euãgelistæ dei: doctores ecclesiæ. Ergo palmites: ergo electi de gẽtibus uenerũt ad eos: appræhenderũt eos: & dixerũt: ibimus uobiscũ. Audiuimus eni quia deus uobiscũ est. Cedri autẽ gauisæ sũt: iclinauerũt se: & dixerũt. Ascẽdite: ascendite super nos: capite nos: quia portabim⁹ uos: sustinebim⁹ uos: eleuabimus uos a terra. Et ascenderunt gẽtes per fidẽ: & ædificatæ sunt (sup fundamentum apostolorũ. & prophetarũ: ipso summo angulari lapide christo iesu). Operuerunt ergo arbusta cedros dei. O fœlix uinea: o beati palmites: qui non philosophorũ stultorũ: sed mõtiũ: & cedrorũ: idest prophetarum: & apostolorũ secuti estis diuinã sapiẽtiã: inenarrabilẽ lucem: ueritatis uiã: quæ uere ducit ad patriã. Sed quãta est hæc uinea? Nunquid iudæa sola? An iudæorũ deus tantũ? Certe ab ortu solis usq; ad occasũ: domine magnum nomen tuum in gentibus.

¶ Extendit palmites suos usq; ad mare: & usq; ad flumẽ ppagines eius. Exultauerũt cedri libãi: clamauerũt: & eleuauerũt uocẽ suã. (In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: & infinis orbis terræ uerba eorũ). Audiuit mare: & itumuit: & turbata est terra. Intumuerũt fluctus maris. (Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs). Turbati sunt montes: superbi principes: sacerdotes: scribæ: & pharisæi. (Astiterũt reges

terræ:& principes cōuenerunt in unū:aduersus dñm & aduersus christū ei⁹.(Intonuit aūt de cœlo deus: & altissimus dedit uocē suā Vox dñi in uirtute:uox dñi in magnificētia). Audierunt lapides:& cōtremuerūt ligna syluarū.audierūt gētes duræ: & īfructuosæ:& in palmites conuersæ sūt.(Mare uidit:et fugit iordanis ɔuersus est retrorsū). Gentes aūt ubiq; terrarū ad uitē uenerūt:īseruerūt se uiti p fidē: & charitatē:creuerūt nimis usq; ad termīos orbis terrarū: mōtes & mare:tyrāni:& populi puersi pcussi sunt:delcēderunt in infernum.Operuit eos mare. Vinea autem nostra.(Extēdit palmites suos usq; ad mare.)Idest usq; ad terminos terræ.Mare ergo circundat uineā pulsat eam: sed in eam confringit fluctus suos. Sed quid iudæa fecit? Indurata est:exsiccata est:fructum non fecit. Præcidisti ergo tales palmites o cœlestis agricola:& in ignem misisti. Nunquid oēs palmites perierunt? Absit. Reliquiæ enim saluatæ sunt. Multi palmites iudeorū te uolente:& prædestinante permanserunt in uite:& fructū pfectum fecerūt. Vinea creuit.(Et usq; ad flumen extendit ppagines eius.) Quid est dñe usque ad flumen? Nunquid in orbe est unum flumen tm̄? Nunquid claudit̄ orbis a mari:& a flumine aliquo? Nequaq̄. Sed sicut cum dicitur propheta: Dauid propter eius excellentiā intelligitur:& Paulus:cū dicitur apostolus:ita hic cum dicit̄ flumē simpliciter:intellige de iordāe: qui a filio meo fuit cōsecratus:solum hoc hanc habet excellētiam. Quid ergo est usq; ad flumen:nisi usq; ad iordanem? hoc est usq; ad populum hebraicum palmites extendit. Nō tibi ergo populus hebraicus totus uideat̄ expul-

sus

sus. (lapidem enim: quem reprobauerũt edificantes: hic factus est in caput anguli). Ergo magna tũc erat ecclesia tua dñe: magna inquam dignitate: magna ueritate: magna uirtutũ pfectiõe: magna charitate: magna opeꝝ mirabilium uarietate: magna etiã extẽsiõe: magna fuit: qa tu magnus dñs: qui eã plãtasti: qui augmentũ pbuisti: qa eã extendisti: qa tu dñe le su dux itineris ei fuisti. Tu in ea laborasti: sudasti: uigilasti sanguine tuo: et martiꝝ tuoꝝ eaꝫ cõsecrasti. Vbi ergo labores tui: ubi sudores: ubi sãguis tuus? Quid fecisti dñe deus? Quid fecisti saluator meus? ¶ Vt quid destruxisti maceriam eius: & uindemiant eam oẽs: qui pretergrediũtur uiam. Vt quid dñe hoc fecisti. Quæ utilitas? Custodiam angeloꝝ ãmouisti. Hi enim latrones phibebant. Isti enim defendebãt. Vbi hodie hæc fida custodia? ubi pphetæ: ubi apostoli: ubi doctores: ubi pastores circundãtes uineam dæmones expellentes: hæreticos excommunicãtes: peruersos hoies corripiẽtes: & impfectos custodiẽtes? Quę est maceria? Angelorum custodia pastoꝝ defensio: pdicatoꝝ sancta doctrina. Vbi est maceria? Destructa est. Quis eam destruxit? Tu dñe: qui sanctos pdicatores tulisti: pastores in celũ collegisti: angelos ãmouisti. (Vt quid destruxisti macerianã eius?) An forte ut impleat iniqtates suas: ut cõpleat malitia eius: ut tandem puniat: & renouet? Sed qd deest ei? quod peccatũ non inuenit in ea? Certe uide dñe: quia completa est malitia eius. (Et iam uindemiant eam oẽs: qui pretergrediunt uiã.) Non uinitores ueri: nõ ueri agricolæ uindemiãt eam: & non oẽs boni: non pauci boni: non partim boni: & partim mali: non unus qui

dem bonus:sed omnes:qui prætergrediuntur uiam: uindemiant eam. Omnes qui tua præcepta non seruant:qui uiam dei ignorant:publici peccatores:infames:hi ad altaris ministerium eligunt:his dant beneficia:hi uindemiant uineam sibi: non tibi : pauperes tuos non respiciunt:esurientem nõ pascunt : nudum non uestiunt:pegrinũ nõ suscipiũt : uiduã & pupillũ nõ defendunt. Comedunt agnũ de grege : & uitulũ de medio armenti. Canunt ad uocẽ psalterii:& organi. Sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici. In choris modulantes:labiis deũ laudantes:sed corde longe a deo existentes:bibentes uinum in phialis: & optimo unguento delibuti: & nihil patiunt super ɔtritione Ioseph:nulla misericordia mouent sup egenum:& pauperem. Isti ergo:qui et ptergrediunt uiã tuam:uindemiãt uineam tuam. Sed quid dicã dñe? Nam & omnes:qui etiam ptergrediunt uiam suam: uindemiant uineam tuã. Ambulantes enim per uiã suam:& uidentes maceriam uineæ tuæ destructam: prætergressi sunt uiam suam. Non recto itinere ambularunt: sed relinquẽtes uiam suam : conuerterunt pedes in uineam tuam:ut uindemiarent eam: ut tollerent fructus eius:nõ fructus spirituales:sed tpales. Quid est quod ais? hoc dico dñe. Diuites huius sæculi p uiã suoꝝ pctõꝝ ambulantes diuitias: dignitates:honores:& uoluptates huius sæculi per fas & nefas q̃rentes:diuerterunt a uia sua. Diuitias.n. huius sæculi prosequi desierunt : dignitates eius non amplius quæsierũt:cõuersi sunt ad uineã tuam:ad ecclesiasticas dignitates:ad diuitias eius : dirupta ẽ maceria:quæ indignos repellebat:& ingressi sunt etiaꝫ:q

præter

pretergrediunt uiam suam: & uindemiauerunt eam. Quid ais? Hoc dico. Hodie in theatro: & cras in cathedra episcopali. Hodie in theloneo: & cras canonicus in choro. Hodie miles: & cras præsbyter. Prætergressi sunt uiam suam: & diuerterunt ad uineã tuam nõ quidem ut colerent eam tibi: sed ut uindemiarent eam sibi. Hoc quoq; flens dico. Ingressi sunt dæmones: & puersi quiq; hoies: caput uidelicet: & mẽbra & fructus eius spũales uindemiantes proiecerũt: pedibus calcauerũt: abscõderũt: destruxerũt: uinitores percusserũt gladio: et extra uineam eiecerũt: optimos palmites preciderũt psuasionibus malis: minis: psecutionibus: & malis exemplis conanť destruere quicqd boni in uinea reperitur. (Vt qd ergo dñe destruxisti maceriã ei? Quæ utilitas? Quis fructus? Nam ppter hoc uindemiãt eã oẽs: qui ptergrediunť uiã. Sed utinã soli hoies: aut dæmones ptergredientes uiã uindemiarẽt eã: & nõ ẽt bestiæ igrederenť in eam. Sed ecce mala bestia igressa est in eã: & radicitus destruxit eã. ¶ Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam. Aper porcus est: porcus imundus: porcus superbus: porcus crudelis: non domesticus: sed de sylua. Luxuriosus clericus: libidinosus sacerdos: qui nõ hõ est: sed bestia: sed porcus immundus ad altare tuũ accedit tota nocte in imũditia sua in luto: in stercore iacuit: & manet: sacramenta tua tãgere præsumit. Porcus superbus domari non potest: corrigi non uult: audire uerba ueritatis renuit. Supbe loquitur: contra corripientem se insurgit; mordet: lacerat crudeliter: non parcit uerbis: maledicit: blasphemat. Porcus est: crudelis est; bestia est: nõ homo.

Persequit̃ hoies:nō domesticus est: nō saltem neophi
tus est:non de domo dñi uenit:sed de silua:de consor
tio bestiaꝝ:de multitudine feraꝝ: de deserto pctōꝝ.
Deum ignorat: sacramenta nescit: officiū suum non
intelligit:lutum solum amat:stercus amplectit̃: san-
guine delectatur. Quid ergo fecit: quid aper iste dñe
deus? Exterminauit uineā tuam: extra terminos po-
suit eam:extra pcepta:extra patrum documenta ex-
tra leges fecit eam:luto & stercore: luxuriis & impu-
dicitiis:cōmessationibus & ebrietatibus impleuit eā.
Cultores occidit:paruulos enecauit:mulieres humi-
liauit:palmites ad solum traxit:uites radicitus euul-
sit: & extirpauit:ac dentibus suis oia cōminuit. Sup
bia sua ligna pedibus calcauit: & extra uineā eiecit.
¶ Exterminauit eā aper de silua: & singularis fer⁹ de
pastus est eā. Ecce quāta supbia: uult esse singularis:
non uult habere supiorē:nō uult habere parem: non
quærit habere socios: sed seruos: sed subiectos: uult
oia singulariter possidere:quærit semp ascēdere: sin-
gularitate delectat̃: charitatē christi despicit: nō uult
esse minister:non pastor:non pater: non mater: nō so
cius tribulationum:non seruus oium: ut oēs lucrifa-
ciat:sed dñs:sed lupus:sed crudelis: & rigidus dña-
tor ad destruendā uineam:ad euellēdas radices eius:
ad eam totaliter consumendam: & totam comeden-
dam: atq; ad nihilū redigendam. An etiam aper de
silua: & singularis ferus est princeps malus: tyrannus
superbus:totus immūdus:totus crudelis? Qui de sil
ua bestiarum egredit̃: de ministris sibi similibus im-
mūdis: luxuriosis:superbis: crudelibus: qui bestiæ
sunt;nō homines. Cultum dei odit: sanctos uiros de
ciuitate

ciuitate expellit: iustos persequitur: prudentes pcutit gladio: ueritatē abominat: mēdaciis gaudet: adulationibus delectatur: pacem fugat: discordias nutrit matrimonia dissoluit: uirtutes exterminat: uitia cōmendat: pudicitiam fugat: flagitiosos exaltat: denique omne uitium in præcipiti stare facit. Exterminauit uineā (quia astitit omni uiæ non bonæ: malitiam autem non odit). An forte aper: & singularis ferus ē diabolus est? Immundus spiritus: crudelis homicida: superbia elatus: qui dixit. (In cœlū conscendam super astra cœli exaltabo solium meum: similis ero altissimo. Hic etiam depastus est uineā: comedit palmites: absorbuit uites: & sibi incorporauit eam: factus est caput malorum: & ipsi membra eius: & facta est uinea christi uinea diaboli: quia singularis ferus depastus est eam. Heu: heu: heu domine deus: ubi est uinea tua: quam de egypto trāstulisti: de qua gentes eiecisti: quam tuis manibus plātasti: cuius in itinere dux fuisti: quæ impleuit terram uirtutibus: cuius umbra operuit montes: & arbusta cedros dei: quæ extendit palmites suos usq; ad mare: & usq; ad flumem propagines eius? Vbi sunt uirtutes eius: ubi dona spirit⁹ sācti: ubi gratiæ gratis datæ: ubi charitas: ubi spes ubi fides? An non es deus: apud quem non est transmutatio? An non es ille idem Deus qui fecisti misericordiam cum patribus nostris? An non sumus opus manuum tuarū? An non christus manet in eternum? An non est passus etiam pro nobis? An oblitus es nostri domine? Tu domine pater: & Habraam nesciuit nos: & israel ignorauit nos. Tu dñe pater noster: & redēptor noster: a sæculo nomen tuum. Quare ergo

auertisti faciem tuam a nobis? Peccauimus: iniuste egimus: iniquitatē fecimus. (Domine nō ẜm peccata nostra facias nobis: neq; ẜm iniquitates nostras retribuas nobis. Domine ne memineris iniqtatū nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis). Nec enim patres nostri iusti inuēti sunt: sed peccatores: sed idolatræ: sed homicidæ: sed maledici: sed cupidi: supbi: elati: parētib⁹ nō obediētes: insipiētes: & blasphemātes nomē tuū. Fecisti āt eis ẜm magnam misericordiā tuā. (Nec enim in gladio suo possederūt terrā: & brachiū eo℞ nō saluauit eos: sed dextera tua: & brachiū tuu;: & illuminatio uultus tui: quoniā complacuisti in eis). Eya ergo: & fac nobiscū secundū magnā misericordiam tuam: & ne auertas faciē tuam a nobis.
℣ Deus uirtutū cōuertere: respice de celo: & uide: & uisita uineā istā: de⁹ uirtutū. Actus purus: uirtus infinita: uirtus uirtutū: gubernās omnia: faciēs oia: uiuificans omnia: uirtutes oīum creans: eis uigorē præbens: eas ad opus trahēs: eas antecedens. Conuerte nos dñe ad te: & conuertemur: antecede nos: trahe nos post te: uigorē uirtutibus nostris præbe: & uiuifica nos. Cur nō respicis nos. Cur terga uertisti? osten de nobis faciē tuā. Cōuertere de⁹ uirtutū ad nos: & nos cōuertemur ad te. Conuerti enim ad te: cogitare de te: diligere te: donū tuum est. Respice de cœlo. Lōge eni abiisti: in cœlū ascēdisti: a nobis recessisti: respice saltē nos de cœlo: si nō uis ad terrā descendere. Si peccata nostra hoc non merentur: respice nos: illumina nos de cœlo: de secreto miserationū tua℞: de xpo tuo: & præcib⁹ beatorū tuorū. (Et uide desolationē

nostram

noftrã: intuere: & refpice obprobrium noftrũ: hereditas noftra uerfa eft ad alienos: dom⁹ noftræ ad extraneos. Vbi eft Hierufalẽ? Vbi terra fancta: in qua tot mirabilia fecifti? Vbi fepulchrum tuum? Nonne in manibus infidelium? Vide domine oculis mifericordiæ tuæ orbem terræ: & plenitudinem eius: non plenitudinem gratiarũ: fed plenitudinem peccatorũ: fed plenitudinem ignorantiæ: fed plenitudinẽ miferiarũ. Vide uineam tuã: ecclefiam tuam, rempublicã tuam: plebem chriftianam tuam: uide: & miferere: & uifita uineã iftã. Adhuc enim radices habet: adhuc aliqui palmites uiuunt: ab initio mũdi cœpit: & nunquam defecit: neq; deficiet. Tu eñi dixifti. (Ecce ego uobifcum fum oĩbus diebus ufq; ad ↄfumationẽ fæculi). Minui ergo poteft: deficere pẽitus nõ poteft. Vinea ergo ifta eft uinea illa: quã tu plãtafti. (Vnus fpiritus: una fides: unum baptifma: unus deus: & dñs oĩum: qui eft oĩa in omnibus.) Vifita ergo uineam iftã. Vifitatio eñi tua cuftodiet fpũm eius. Vifita gratia tua: prefentia tua: fpũ fancto tuo. Vifita etiã uirga tua: & baculo tuo. Virga eñi tua: et baculus tuus cõfolabũtur eã. Vifita flagello: ut caftigetur: ut purgetur. (Tempus eñi putationis aduenit). Eiice lapides. Collige aridos palmites: & liga fafciculos ad cõburendũ. Erige eã: fuperflua ꝑcide: appone fubftentacula: terrã impinguã: maceriã cõftrue: & uifita uineã iftã: ficut iã uifitafti terrã: & iebriafti eã. Vifita inquã

¶ Et perfice eam: quam plantauit dextera tua: & fuper filium hominis: quem confirmafti tibi. Non folum uifita: fed etiam perfice eam. Valde enim imperfecta eft: uult bene uiuere: fed nõ uult mala pati. Ha

bet exempla ante oculos suos: habet prophetas: ha-
bet apostolos: habet martyres: & oẽs sanctos dei: im
mo ipsum filium tuum unigenitum: uult eos sequi:
uult benefacere: ut eorum gloriam consequatur: sed
non uult pati aduersa: ualde imperfecta est. Perfice
eam domine: emitte spiritũ tuũ: & pficietur. Petrus
ante aduentũ spiritus sancti dicebat. (Etiam si opor
tuerit me mori tecum: non te negabo.) Sed quia im-
perfectus erat: ad uocem unius ancillae negauit chri
stum tuũ: uenit spiritus sanctus: & impleuit eum gra
tia: & nõ timuit reges terrae: quia perfecisti eum: ideo
fructum fecit: ideo innumerabiles ad fidem conuer-
tit: ideo ecclesias aedificauit. Igitur perfice eam: & fru
ctum faciet: & per orbem palmites extendet. Adhuc
enim timet: adhuc loqui nõ audet: adhuc principes
ueretur. Perfice eam: quã plantauit dextera tua. Nõ
eam: quam plãtauit sinistra tua. Sunt enim quidam
christiani: quidam sacerdotes nomine. nõ opere: qui
bus dedisti diuitias huius saeculi: & multiplicasti bo
na temporalia: spiritualia autem tua nõ habent. Hi
ergo sunt uinea: quam plantauit sinistra tua. Nõ hãc
rogo ut augeas: non ut perficias: sed eam: quam plan
tauit dextera tua: q̃ habet palmites: & fideles: qbus
dedisti gratiam tuam: & dona tua spiritualia: q sunt
electi tui. Quorũ quilibet dicit. (Leua eius sub capi-
te meo: & dextera illius amplexabit me. Hanc ergo
perfice: & super filium hominis: quem confirmasti
tibi. Perfice eam. Quis est iste filius hominis? Nos
quippe sumus filii hominum: quia patrem: & matrẽ
habemus in terris. Christus autẽ est filius hominis:
quia est filius uirginis: qui in coelis patrem sine ma-

tre

tre: in terra autem matrem sine patre habet. Hunc ergo filium hominis cōfirmasti in cordibus hominum: cōfirmastiq; eum tibi: idest ad honorem tuū. Pugnauit iudæa contra eum: & tu confirmasti eum tibi: pugnauerunt tyranni: & confirmasti eum tibi. Pugnauerunt hæretici: & confirmasti eum tibi. Pugnauerunt philosophi: & dialectici: & sapiētes huius seculi: & confirmasti eum tibi: pugnauerūt falsi fratres: et cōfirmasti eum tibi. Pugnauit diabolus: & totus orbis: & nō præualuit: sed filiū hois confirmasti in cordibus hoium ad honorem tuū. Ergo perfice uineam super eū: ut per fidē: & charitatem sup christū plantata: & radicata pficiat: & de terra illa rubea: de amore charitatis christi: de meritis passiōis ei9 pducat uinum optimum inebrians corda hoium. Si quia imperfecta est: quia collapsa: qa obstat mundus: impossibile: nihil difficile. (Aperis tu manum tuā: & imples omne aial bñdictione. Omnia a te expectāt: ut des illis escā in tpe. Dāte te illis colligent: aperiēte te manū tuā oia implebūtur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur. Auferes spm eorum: & deficient: & in puluerē suū reuertent̄). Quāto ergo magis icrepāte te oia ipedimenta tollent̄: & oēs uastatores pibūt. (Incensa igni & suffossa: ab increpatione uultus tui peribunt:) Incēsa eni: & semiusta ligna: & suffossæ uites: & arbores ifructuosæ p uineā dispersæ: & ofusæ: palmites uirides: & uites uiuētes uastāt: nec fructū facere pmittūt. Incēsa ergo & suffosa icrepa uultu tuo: uultu illo: de quo dictū est. (Vultus autē domini super faciētes mala): & peribunt stati ifructuosa ligna. Illi uidelicet: qui nec ipsi in regnū cœlorum

intrant:nec alios intrare pmittũt. (Incensa). Igitur sunt immundi peccatores ardore libidinis incensi: & in carbonem uersi: in tenebris ambulãtes: & nescientes quo uadũt. (Nam supercecidit: ignis & non uiderunt solẽ). (Incensa igni). Auari sũt: & cupidi desiderio pecuniæ inordinato: igne auaritiæ incẽsi: qui nunquã dicit: sufficit. (Incẽsa igni). Superbi sũt: ambitiosi sunt: inuidi sunt: qui ardẽt sicut faculæ: & omnium rerum desiderio incensi sunt. Iste ignis omnes uirtutes cõsumpsit: omnes cupiditates excitauit: omnium malorum causa est. Initium enim omnis peccati supbia: et radix oium malorum cupiditas: illa p auersionẽ a deo: hæc p cõuersionẽ ad creaturas. Qui autẽ sunt ligna suffossa: nisi tepidi: qui exterius quidẽ nõ uident igne libidinis: uel supbiæ: uel auaritiæ exusti tamen intus aridi sũt: qa suffossi sunt: nõ hñt radices in terra uiuẽtium: in charitate christi: i gr̃a dei. Ideo sicut lignũ: si nõ habet radices i terra: sed in aere: ad calorem solis exsiccatur. Ita homo: si radices fidei: & charitatis habet in xp̃o accedẽs ad altare: ad ecclesiastica sacramenta: ad officia diuina: ad audiendũ uerbũ dei: ad lectionẽ scripturarũ: ad orationẽ: fructus mirabiles producit. Si autem quærit quæ sua sunt: & in proprio amore in aere: in spiritu superbiæ radicatus est: ad hec omnia semper magis arescit: & peior efficitur. Tepidi ergo sunt ligna suffossa: sunt ligna arida: cibus ignis: sed certe ipsa ligna suffossa sũt etiam incensa: & ipsa incensa suffossa. Nam manifesti peccatores suffossi sunt: & a gratia dei euulsi: & eradicati: & ipsi tepidi incensi sunt igne proprii amoris: & superbiæ: & ambitiõis: & auaritiæ: & libidinis oc

cultę

cultæ. Omnes ergo isti domine deus per uineam tuã dispersi: & cõdensati: non permittunt eam facere fructus: quia eorum malis exemplis: & suasionibus paruuli: & simplices subuertuntur. Increpa ergo eos: increpa dure: quia dure ceruicis sũt; Increpa gladio: peste: & fame. (Ab increpatiõe uultus tui peribũt). Et de uinea eiiciẽtur: palmites subleuabũtur: aliæ uites apponentur: crescent: fructum facient: extẽdent propagines suas usq₃ ad mare: & usq₃ ad flumen peruenient. Quare obdormis domine? Surge dñe: & fac. ¶ Fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ: & super filium hominis: quem confirmasti tibi. Veni domine noli tardare. (Deus iudicium tuũ regi da: & iustitiã tuam filio regis). Hic ẽ enim uir dexteræ tuæ: qui sedet ad dexterã tuam. Quæ est autẽ dextera tua? Tu enim inuisibilis es: & icorporeus. Vbi ergo dextera? ubi sinistra? Gloria tua est dextera tua. Singulariter ergo de christo tuo dictum est: ꝙ sedet a dextris tuis: qa i potiorib⁹ bonis tuis gaudet. Sup oẽm pricipatũ: & ptãtem: & uirtutẽ: & sup oẽ nomen; qđ noĩnatᷣ nõ solũ i hoc seculo: sed etiã in futuro. Quid est autem manus tua: nisi potestas tua. Si ergo dexteram manum habes: cur etiã sinistrã non habes? Potestatẽ enim habes puniendi: & glorificãdi. (Dominus. n. mortificat; & uiuificat: deducit ad iferos; & reducit: humiliat: & exaltat). Potestas ergo puniendi manus sinistra est: potestas glorificãdi manus dextera est. Fiat ergo manus tua: fiat potestas tua super uirum dexteræ tuæ. Quomodo? Nonne potestas datã est ei ab initio? Ipse enim dixit discipulis suis. (Data est mihi omnis potestas in cœlo: & in terra;

Quomodo ergo tu dicis. (fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ.) Data est: sed nō apparet. Fiat ergo ut appareat. Vident homines animales: & carnales seruos tuos irrideri: despici: maledici: & semp in aduersis esse: & dicunt. Fides non est uera: nulla est prouidentia: decipiuntur christiani: & sic blasphemant nomen tuum. Vident deinde superbos: iniustos: auaros: blasphematores: luxuriosos: & peruersos homines prosperari: & nihil eis mali accidere. Et dicunt. Aut deus non est: aut prouidentiam non habet de rebus humanis: aut iniustus est. Potestatē ergo habes: & iudicia tua semper exerces: sed non semper apparent: & ideo blasphemāt homines. (Fiat ergo manus tua: ut appareat super uiruꝫ dexteræ tuæ) Da iudicium ei: quod appareat. Dei est: ut potestatem: quam habet: exerceat in conspectu hominum. Ipse enim est a te constitutus iudex uiuorum: & mortuorum. Fiat ergo manus tua super ipsum. Quæ manus: dextera: an sinistra? fiat sinistra: fiat & dextera. Sinistra sup malos: dextera super bonos. Appareat iudicium: appareat & misericordia: ut cessent homines blasphemare. Sinistra quippe debilior est dextera: quia iudicium facis cum misericordia: & inpuniendo parcus es. Dextera auteꝫ tua fortis est: quia largus es donator. (Aperis tu manum tuā) dexteraꝫ: uidelicet tuaꝫ: & imples omne animal benedictiōe). Fiat ergo super uirum dexteræ tuæ. Ad puniendos impios manus tua sinistra: ut flagellentur: & conuertātur. Et si noluerint conterti ad te: de uinea tua expellantur: & in igne inferni in perpetuuꝫ crucientur. Vt quid enim frustra terram occupant? Fiat autem

super uirum dexteræ tuæ ad tuos fideles consolan-
dos manus tua dextera: ut large benedictiõe spirit⁹
sancti gratia repleantur: ut ædificet uineæ maceria:
que prohibeat prætergredientes uiam: & aprum de
silua: singularemq; ferum non permittat intrare: ut
crescant palmites: & fructum faciãt. An forte bõum
est: ut fiat etiam super uiruz dexteræ tuæ utraq; ma
nus tua ad fideles tuos? Certe ita est. Manus enim si
nistra tua: manus flagellum tenens: manus percutiẽs
faciet eos ad dexteram permanere. Flagellum enim
in scholis retinet puerũ: ferula cogit ipsum adiscere.
Adhuc enim paruuli sumus: quoniam quandiu su-
mus in uita mortali: paruuli sumus: indigemus fla-
gello: lacte pascimur. (Cum autem uenerit quod per
fectũ est: euacuabimus: que erant paruuli:) & tũc fla
gellum cessabit. Bonum est ergo flagellum: ueniat er
go flagellum: ueniat cito: fiat uelociter manus tua su
per filiuz dexteræ tuæ: ut purgẽtur boni: ut pficiant
iusti: ut expellant mali: ut pereãt destruẽtes uineã. Et
sup filiũ hoĩs plãtent palmites. (Quem cõfirmasti ti
bi.) Quem in ecclesia cõfirmasti ad honorem tuum.
Nõ eni totaliter ab ecclesia recessit. Adhuc seruos ha
bes multos: sed occultos: in quorum cordibus cõfirma
christũ tuũ tibi: ut expulsis uineæ uastatoribus: egre
diant ad operationẽ suã usq; ad uesperã. Veni ergo
domine: & coniũge nos cultoribus tuis: quos præpa
rasti ad opus tuum. Serui tui sumus.
¶ Et non discedimus a te: uiuificabis nos: & nomen
tuũ inuocabimus.) Sine te esse nõ possumus. In te enĩ
uiuimus: mouemur: & sum⁹. Et ideo nõ discedimus
a te. Verba eni uitæ æternæ habes. Ad quẽ ibimus?

Non est deus præter te dñe.) Quis enim fecit magnā lia quæ tu fecisti? Oiā quæcūq; uoluisti: fecisti in cœlo: & in terra: in mari: & in oibus abyssis.) Strepat mundus: murmurent hoies: psequant nos impii. Insurgāt oiā elemēta: suscitet deniq; infernus ɔtra nos non discedimus a te: nulla creatura poterit nos separare ā charitate dei: quæ est in christo Iesu dño nro. Nō ɔfidimus in uiribus nr̃is: nō egredicmur in uirtutibus nr̃is: sed tu uiuificabis nos. Gratiā tuā nobis abundanter tribues: uirtutes donabis: auxiliū speciale in tribulatiōe præbebis: quo excitabimur ad feruōrē charitatis. (Et nomē tuū inuocabimus): Nomen tuū bonitas tua est. Non est. n. bonus: nisi solus deus. Tu ergo solus bonus. Tibi soli hoc nomē bn̄ conuenit. (Nomen ergo tuū:) idest rem nominis tui significatū nominis tui: hoc est bonitatē tuam: misericordiam tuam inuocabimus: ut adiuuet nos: & succurrāt nobis. Vel certe inuocare nomen tuum est conceptū tuæ bonitatis in mente formare. Est enim nomen mentis. Conceptus ergo bonitatis tuæ est nomen tuum. Non quilibet conceptus est nomen tuum: quod inuocatū saluat: sicut scriptū est. (Quicūq; inuocauerit nomē domini saluus erit:) sed cōceptus bonitatis tuæ: qui prorumpit in amorem per fidem: & per supernaturale donum gratiæ. Hoc uere est nomen tuum. Quid est ergo inuocare nomen tuum: nisi intus concipere per fidem bonitatē tuam: & eam super omnia diligere. (Nomen enim est uox significatiua.) Quid est ergo inuocare nomen alicuius: nisi uocem ipsum significantem formare? Ita inuocare labiis: & lingua nomen dei est uocem ipsum

significantem

significantē producere. Similiter cuꝫ sit nomen men tale: inuocare mente nomen tuum: est conceptum te representantē formare. Non saluat autē quilibet con ceptus: sed ille saluat: q uirtute fidei: quæ p dilectio nē opat: formatus fuerit. Igitur inuocabimus nomē tuū corde: inuocabimus labiis: & lingua: ut de boni tate tua inuocata auxiliū tuū descendat ad nos bene dispositos: & preparatos: qui intus per gratiā tuam cōcepimus nomē tuū. Da ergo nobis uirtutē: qua: re licta omni cupiditate terrena: conuertamur ad te ex to to corde nr̄o: ut in tribulationibus non deficiamus. ¶ Deus uirtutū conuerte nos: & ostende facieꝫ tuā: & salui erimus.) Vere tu es deus uirtutuꝫ: qui infirma mundi elegisti: & fortia queq; cōfudisti. Quid enim infirmius cruce? Quid magis stultū? Quid plus ma-ledictū? Et ecce infinita uirtute tua: hec maxima in firmitas: facta est nobis maxima fortitudo. Hec stul tissima fatuitas: facta est hoibus pfundissima sapien tia: hec sūma maledictio: facta est nobis benedictio cœlestis: & perfectissima iustitia. O altitudo diuitia rū uirtutis: & sapientiæ: & bōitatis dei. Quod eniꝫ infirmū est dei: fortius est hominibus: & quod stul-tum est dei: sapientius ē hoibus. Fac nos domine co-gnoscere hanc tuā infinitā uirtutē: inscrutabilē sapiē tiā: inextimabilem bonitatē: ut sciamus: quia nō est alius deus preter te dn̄e: & conuertamur ad te (Deus uirtutū conuerte nos: & ostende faciem tuā.) Osten de christum tuū: crucifixū tuum: per quem cognosci mus uirtutem tuā: sapientiam tuā: & bonitateꝫ tuā. Quis unq̄ deus fecit ea: que fecit filius tuus dn̄s no-ster Iesus christus pro nobis crucifixus? Ipse uniuer-

sum orbē sine gladio supauit: oēs alios deos prostra uit: tyrannos perdidit: ubi ꝓ in celo: & in terra triumphauit. Ipse mūdū per crucē suā illuminauit: bene uiuere docuit: doctrinā recte uiuendi dedit: qua nulla melior excogitari potest. Ipse oia hominū genera ad suum amorē traxit: qui relinquentes aurum: & argētum: & omnes huius seculi uanitates: atqꝫ semetipsos: etiā pro eius amore exquisitissima tormentorum genera i martyrū: & crudelē mortē alacriter sustinuerūt. Quis audiuit unq̄ talia: aut quis uidit similia? Vere dn̄e Iesu tu es deus magnus: filius dei altissimi: Rex gloriæ: Deꝰ uirtutū: & nō est alius deꝰ preter te dn̄e: qui cū patre: & spiritu sancto es unus deus sup oia benedictꝰ. (Ostēde ergo nobis faciē tuā. A facie enim tua mota est terra: a facie dei Iacob. Qui couertit petrā i stagna: & rupem in fontes aquaꝝ. Ostēde dn̄e faciē tuā: & salui erimus) Nā & patres nostri salui facti sunt: quia ostendisti eis faciem tuā: unde laudant & dicūt. (Non nobis dn̄e: non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua: & ueritate tua) Ostende ergo dn̄e faciem tuā: ut reprobi pereant (quia ante faciē tuā ibit mors) Ostende faciē tuā ut electi tui charitate ferueant: & salui erimus: & mūdus renouabitur uirtutibus: & gratia tua decorabitur. Letabuntur iusti: & exultabunt: habitabitqꝫ populus tuus in pace: & iugiter die: ac nocte laudabit te. Qui cū filio tuo: & spiritu sancto uiuis: & regnas: deus benedictus: per infinita secula seculorū. Amen.

❡ Explicit expositio super psalmū
Qui regis israel.

Reue

¶ Reuerendi patris fratris Hieronymi Sauonarolæ de Ferraria : ordinis prædicatorum : expositio in psalmum. Miserere mei deus.



INfœlix ego omnium auxilio destitutus. qui cælum: terramque offendi. Quo ibo? quo me uertam? ad quem cõfugiam? quis mei miserebitur? Ad cœlum oculos leuare nõ audeo: quia ei grauiter peccaui. In terra refugium non inuenio: quia ei scandalum fui. Quid igitur faciam? desperabo? absit. Misericors est deus: pius est saluator meus. Solus igitur deus refugium meũ: ipse non despiciet opus suum: non repellet imaginem suam. Ad te igit̃ piissime deus tristis: ac merens uenio: quoniam tu solus spes mea: tu solus refugium meum Quid autem dicam tibi: cum oculos eleuare non audeam? Verba doloris effundam. Misericordiam tuam implorabo. Dicam.





ISERERE Mei deus secundum magnam misericordiam tuam.) Deus: qui lucem habitas inaccessibilem. Deus absconditus: qui oculis corporeis uideri non potes: nec intellectu creato compræhẽdi: nec lingua hominum: seu angelorum explicari. Deus meus te incõprehensibilem quero: te ineffabilem inuoco. Quicquid es: qui ubiq; es. Scio enim te summam esse rem. Si tamen et res: & non potius omnium rerum causa:

si tamen & causa: non enim inuenio nomen quomo-
do tuam ineffabilem maiestatem nominare queam.
Deus inquam: qui es qcquid in te est: tu es enim ipsa
sapientia tua: bonitas tua: potentia tua: & sũma foe
licitas tua. Cum itaq; sis misericors: quid es nisi ipsa
misericordia? quid autẽ sum ego: nisi ipsa miseria? ec
ce ergo: o misericordia deus: ecce miseria corã te: qd
facies o misericordia? certe opus tuũ. Nunquid pote
ris recedere a natura tua? Et quod opus tuum? mise-
riam tollere: homines miseros subleuare. Ergo. (Mi
serere mei deus). Deus inquã misericordia: tolle mise
riam meã. Tolle peccata mea: etenim sunt sũma mi-
seria mea. Subleua me miserum: ostende in me opus
tuũ. Exerce in me uirtutem tuam (Abyssus abyssum
inuocat) abyssus miserię inuocat abyssum misericor
diæ. Abyssus peccatorum inuocat abyssum gratia-
rum. Maior est abyssus misericordię q̃ abyssus mi-
seriæ. Absorbeat ergo abyssus abyssum. Absorbeat
abyssus misericordię abyssum miseriæ (Miserere mei
deus secũdũ magnã misericordiã tuã) Nõ secũdũ mi
sericordiam hominum: quæ parua est. Sed ẜm tu-
am: que magna est: que imensa est: quæ incõpreben
sibilis est. Quæ omnia peccata in imensum excedit.
Secundũ illam magnam misericordiam tuam (qua
sic dilexisti mundũ: ut filium tuũ unigenitũ dares.)
Quæ maior misericordia esse potest? quæ maior cha
ritas? Quis desperare potest? quis non confidere? De
us factus est homo: & pro hoĩbus crucifixus est (Mi
serere ergo deus secundũ hanc misericordiam tuã).
Qua filium tuũ pro nobis tradidisti: qua per ipsum
peccata mundi abstulisti: qua ꝑ crucẽ eius oẽs hoĩes

illuminasti

Illuminasti: qua: ea quæ in celis: & quæ in terris per ipsũ instaurasti, Laua me dñe in sãguine eius. Illumina me in humilitate eius. Instaura me in resurrectione eius. (Miserere mei deus). Non ẜm paruã misericordiã tuã. Parua enĩ misericordia tua est: cũ hoies a corporalib⁹ miseriis subleuas. Magna ãt quãdo peccata dimittis: & homines p gratiã tuã sup altitudinẽ terre sustollis. Ita dñe miserere mei ẜm hanc magnã misericordiam tuã: ut me ad te conuertas; ut peccata mea deleas. ut per gratiam tuam me iustifices.

¶ Et ẜm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam). Misericordia tua domine est abundantia pietatis tuæ: quæ miseros pie respicis Miserationes autẽ tuæ sunt opera: & processus misericordiæ tuæ. Venit maria Magdalena ad pedes tuos bone Iesu. Lachrymis eos lauit: capillis abstersit: indulsisti ei: & in pace eam remisisti: hæc una miseratio tua dñe. Petrus negauit: & cum iuramento detestatus est te: respexisti eum: amare fleuit: indulsisti ei. Et principem apostolorum eum confirmasti. Hæc iterũ miseratio tua domine. Latro in cruce unico uerbo saluatus est. Paulus in persecutionis feruore uocatus statim spiritu sancto replet⁹ est. Hæc sunt miseratiões tuæ dñe. Deficiet omne tẽpus: si oẽs miserationes tuas numerare uellem. Quot enim iusti tot miserationes. Nullus gloriari potest in semetipõ. Veniant oẽs iusti siue in coelo: siue in terra: & interrogemus eos cora te. An i uirtute sua salui facti sint certe oẽs uno corde: uno ore respondebunt. (Nõ nobis dñe: non nobis: sed nomini tuo da gloriaẽ: super misericordia tua: & ueritate tua. Nec enim in gladio

suo possederũt terram: & brachium eorum non salua-uit eos: sed dextera tua: & brachiũ tuũ: & illumina-tio uultus tui: quonam cõplacuisti in eis:)idest non ex meritis eorum: non ex operibus saluati sunt. Ne quis gloriari possit: sed quia ita placitum est corã te: quod & expressius de se ppheta dixit. Cũ ait (. Saluũ me fecit qm̃ uoluit me.) Cũ itaqʒ tu sis idẽ deus(: apud quẽ non est transmutatio: nec uicissitudinis obũbra-tio:) & nos creaturæ tuæ: sicut & patres nostri: q ex ɔcupiscentia nati sunt peccatores: sicut & nos: unus qʒ sit mediator dei: & hominum christus iesus: qui manet in æternũ. Cur miserationes tuas non effun-dis super nos: quemadmodum & effudisti super pa-tres nostros? an oblitus es nostri? an nos soli pecca-tores? an non pro nobis mortuus est Christus? An nullæ amplius supersunt misericordiæ. Domĩe deus noster: te rogo: te obsecro(. Dele iniquitatẽ meã ꝑm multitudinẽ miserationum tuarum).Nã multæ: & in-finitæ sunt miseratiões tuæ. Vna mihi sufficit: ut ui-delicet ꝑm multitudinẽ miserationũ tuarum deleas ini-quitatẽ meã: ut sicut innumerabiles peccatores traxi-sti: suscepisti: & iustos reddidisti. Ita me trahere: susci-pere: & iustũ per gratiã tuã reddere digneris(secũdũ ergo multitudinẽ miserationũ tuarum dele iniquita-tem meam). Absterge cor meum: ut omni iniquitate deleta: ac omni imunditia expulsa: fiat sicut tabula munda: in qua digitus dei legem charitatis suæ scri-bat: cum qua habitare nulla potest iniquitas.

¶ Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me).Fateor dñe: semel delesti iniquita-tem meam. Delesti iterum: lauasti me milies. Adhuc la-

ua me

ua me ab iniquitate mea: quia iteꝝ cecidi. Nunquid ad certũ numeꝝ parcis homini peccatori? Qui Petro interrogãti (quotiens peccabit in me frater meus: & dimittã ei: septies? Respondisti (Non dico tibi septies: sed & septuagiessepties) numeꝝ finitũ pro infinito accipiens. Nunquid ergo indulgentia superaberis ab homine. Nõne maior deus homine? nõ ne melior hoie? quinimo deus magnus dñs. (Et uniuersa uanitas oĩs hõ uiuẽs.) & solus deus bonus: omnis autem homo mendax. Nonne tu dixisti. (Quacunq̃ die ingemuerit peccator oium iniquitatũ eius non recordabor.) Ecce ego peccator ingemisco (quia corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum: & curuatus sum usq̃ in finẽ. Tota die contristatus ingredior ad te. Afflictus sum: & humiliatus suꝫ ualde: rugio a gemitu cordis domine: ante te omne desiderium meum: & gemitus meus ad te non est absconditus: cor meũ cõturbatum est in me: dereliquit me uirtus mea: & lumẽ oculoꝝ meoꝝ: & ipsum nõ ẽ mecũ. (Cur ergo dñe nõ deles iniqtatẽ meã. Et si iam delesti eã. (Secundũ mul. miseratiõnũ tuarum amplius laua me ab ini. mea.) Adhuc enim impfecte mũdatus sum: pfice opus tuum. Tolle culpã uniuersam: tolle reatũ: adauge lumen: accẽde cor meum charitate tua: expelle timorem: qa pfecta charitas foras mittit timorẽ. Amor mũdi: amor carnis: amor gliæ: amor proprius prorsus a me recedant. Amplius: & magis: ac magis. (Laua me ab iniquitate mea) Qua cõtra pximum peccaui. (Et a peccato meo.) quo deum offendi. (Munda me.) Vt non solũ culpã: & reatũ: sed etiã peccatorũ fomitẽ deleas. (Laua me.) In

me: quia contra animam meã: quia ante iudicẽ ſem per me accuſat: quia ſemper: & ubiq; me damnat: & adeo contra me: ut ſit ſemper coram me: opponens ſe mihi: ne ad te mea tranſeat oratio: ut a me tollat miſericordiam tuã: ut eam impediat: ne ad me tranſi re poſſit. Ideo cõtremiſco: ideo ingemiſco: ideo miſe ricordiam tuam imploro: ſicut ergo domine tu mihi donaſti cognoſcere iniquitatẽ meã: & flere peccatum meum: ita perfice contritionẽ meam: imple confeſſio nem meam: perduc ad finẽ ſatiſfactionem meã. (Om ne enim datũ optimum: & omne donũ perfectum de ſurſum eſt deſcedens a te patre luminum.)

¶ Tibi ſoli peccaui: & malũ corã te feci: ut iuſtifice ris in ſermonibus tuis: & uincas cum iudicaris. ¶ Ni mium tibi ſoli peccaui: qa mihi pcepiſti: ut diligerem te propter te: & creaturaꝝ amorẽ ad te referrem. Ego autẽ dilexi creaturam magis q̃ te diligens propter ſe. Quid eſt autẽ peccare: niſi amore inherere creaturæ propter ſe? quid aũt hoc niſi facere contra te? certe q amat creaturã propter ſe: facit creaturam deum ſuũ: (ego itaq; tibi ſoli peccaui:) qa creaturã deũ meũ cõ ſtitui: abieci ergo te: & tibi ſoli iniuriã feci. Non eni; contra aliquã creaturam peccaui: ſi finem meum in re creata cõſtitui: qa nõ mihi præceptũ fuit: ut aliquã creaturam diligerẽ ꝑpter ſe. Si enim mihi mãdaſſes: ut angelũ ſolum ꝑpter ſe amarẽ: & ego pecuniã pro pter ſe dilexiſſem: utiq; angelo peccaſſem: at cũ tu ſo lus diligendus ꝑpter te ſis: & creatura amanda ſit in te: & ad te: equide; tibi ſoli peccaui: quãdo ꝑpter ſe creaturã amaui: ſed quod deterius eſt (. Et malũ co ram te feci.) Nõ enim erubui peccare corã te. O deus

F



quot peccata cōmisi corā te: quæ nullo pacto coram hoibus ppetrassem: imo quæ nullo modo hoies sci/re uoluissent: timui magis hoies q̄ te: quia cæcus erā: & cæcitatē amabam: ideo nec uidebā: nec considerabam te: oculos solum carnis habebā: ideo solum homines: qui caro sunt: cernebā: eosq; timebā. Ve℞ tu oia peccata mea intuebaris: & enumerabas ea: ideo nec ea celare tibi: nec tergiuersari: nec fugere a facie tua potero (Quo ibo a spū tuo: & quo a facie tua fugiā:) Quid igit faciā: quo me uertam: quem inueniā defensorem: quem obsecro nisi te deus meus: Quis adeo bonus: quis ita pius: quis tam misericors: qui pietate oēs creaturas inconprehensibiliter superas: tibi enim pprium est misereri: & parcere (qui oipoten/tiam tuā maxime parcēdo: & miserādo manifestas.) fateor dñe tibi soli peccaui: & malū coraz te feci: mi/serere mei: & oipotentiam tuā manifesta in me: ut iustificeris in sermonibus tuis. Nam tu dixisti (nō ueni uocare iustos: sz peccatores ad penitentiā) iustificare dñe in sermonibus tuis. Voca me: suscipe me: da mihi agere fructū dignum pœnitentiæ: pper hoc enim crucifixus es: pperea mortuus es: & sepultus. Dixi/sti etiam (cū exaltatus fuero a terra: oia trahā ad me ipsum) iustificare in sermonibus tuis: (trahe me post te: curremus in odorem unguento℞ tuorum.) Dixi/sti iterum (uenite ad me oēs: qui laboratis: & onerati estis: & ego reficiam uos) Et ecce uenio ad te onustus peccatis: laborās die: ac nocte in gēmitu cordis mei: refice me dñe (ut iustificeris in sermonibus tuis: et uincas: cū iudicaris) Nam multi dicunt (non est salus il/li in deo eius: deus dereliquit eū) uince domine istos:

cū iudicaris

cū iudicaris ab eis:ne derelinquas uſquequaqꝫ. Da mihi miſericordiam:& ſalutem:& uicti ſunt. Aiunt enim: ꝙ mei non miſereberis: ꝙ me proiicies a facie tua:quia me amplius non ſuſcipies: ita iudicaris ab hominibus: ita de te loquuntur homines: hec ſunt eoꝝ iudicia: ſed tu pius:tu miſericors:miſerere mei: & uince eorum iudicia:oſtende in me miſericordiam tuam:laudetur in me pietas tua:fac me unū de uaſis miſericordiæ tuæ (Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & uincas cū iudicaris.) Te eni hoies iudicāt rigidū: & ſeuerum:uince tua pietate & dulcedine iudicium eorum:ut diſcant homines peccatoribus miſereri:& accendantur delinquentes ad pœnitentiam: uidentes in me pietatem:& dulcedinem tuam.

¶ Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſū: & in peccatis concepit me mater mea. Ne reſpicias domie grauitatem peccatorum meorum: ne coſideres multitudinem:ſed agnoſce figmentum tuū: (recordare quoniam puluis ſum: & omnis caro fœnum. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.) Mater inquam carnalis ex concupiſentia me concepit; & in ea peccatum originale cōtraxi. Quid autem eſt peccatum originale:niſi priuatio iuſtitiæ originalis:& rectitudinis totius hominis? ideo homo conceptus: & natus in huiuſmodi peccato. Totus obliquus eſt:totus curuus (caro cōcupiſcit ad uerſus ſpiritum) ratio debilis eſt: uoluntas infirma:homo fragilis; & ſimilis uanitati:ſenſus decipiūt eum:imaginatio fallit: ignorantia ducit eū per inuium:infinita habet obſtacula:quę ipſum a bono retrahunt:& ad malum impellunt:peccatū itaqꝫ

originale radix est omnium peccatorum: fomes om-
nium iniquitatum: quis enim in quolibet homine ex
natura sua sit unum: uirtute tñ est omnia peccata.
Vides itaq; dñe qd sum: & unde sũ: in peccato enim
originali: qd oẽs iniqtates: & oia peccata continet
(cõceptus sũ: & in eo cõcepit me mater mea) In pctis
ego totus natus: & laqueis undiq; cicundatus qũo
effugere potero? nõ. n. quod uolo: hoc ago: sed quod
nolo malũ: hoc facio: (qa inuẽio aliam legẽ in mẽbris
meis: repugnantẽ legi mẽtis meæ.) & captiuantẽ me
in lege peccati: & mortis. Ergo itaq; magis pietas
tua me subleuet: qũo me fragiliorẽ: & tot laqueis cir
cundatũ intuet. Quis. n. nõ misereat infirmo? qs non
compatiatur lãguido? Veni: ueni dulcis samaritane:
& uulneratũ semiuiuũ subleua: & uulnera mea cura:
uinũ: & oleũ infunde: pone me sup iumentũ tuũ: duc
in stabulũ: cõmenda me stabulario: pfer duos denari
os: & dic ei: (Quicquid super erogaueris: ego cum re
diero reddam tibi).
¶ Ecce enim ueritatẽ dilexisti: incerta: & occulta sapi
entę tuę manifestasti mihi. Veni dulcissime samarita
ne. (Ecce. n. ueritatẽ dilexisti). Veritatẽ inquã pmis
sionũ: quas humano generi fecisti: eas nimis dilexisti
quia eas fecisti: & seruasti. Nam tuũ diligere: ipm est
bñfacere: in te ipso. n. imutabilis es: nec sicut nos mõ
amas: mõ non amas: ut actus tuæ dilectionis trãseat
& redeat. Sed tu es totus amor: q nunq̃ mutat. (De?
. n. charitas ẽ) tuũ itaq; diligere creaturã: ẽ ei bñface
re: & quibus melius facis: hos magis diligis. Quid ẽ
ergo tuũ diligere ueritatẽ: nisi facere: & seruare ueri-
tatẽ? Habraæ pmisisti filiũ: cum iã esset senex: & Sar
ra sterilis

ra sterilis: & uetula: pmissionē seruasti: qa ueritatē di
lexisti. Filiis israel terrā fluentē lac & mel spopōdisti:
& tandē tradidisti: qa ueritatē dilexisti. Dauid polli
citus es dicens. (De fructu uētris tui ponā super sedē
tuā): factū est quia ueritatē dilexisti. Innumerabiles
fuere pmissiones tuæ: in quibus semper fidelis fuisti:
quare semp fidelis fuisti? qa ueritatē dilexisti. Pecca
toribus ad te cōfugientibus uineā: & gratiā pmisisti
& nemiem unq̄ fraudasti: quia ueritatē dilexisti. Fili
us ille prodigus: q abiit in regionē longinquā: & dis
sipauit uniuersā substātiam suā uiuendo luxuriose:
& ad se reuersus uenit ad te dicens. Pater peccaui in
cœlum: & coram te: iam nō sum dignus uocari filius
tuus: fac me sicut unū de mercēnariis tuis) cū adhuc
longe eēt: oculis tuæ pietatis intuitus es eū occurristi
ei: cecidisti super collū eius. Et osculatus es eū: ptuli
sti stolā primā: annulū in manu eius: & calciamenta
in pedes eius posuisti: uitulum saginatum occidisti.
Totam domum letificasti dicens (letemur: & epule
mur: qa hic filius meus mortuus fuerat: & reuixit: pe
rierat: & inuentus est). Cur hæc dn̄e deus? nempe qa
ueritatem dilexisti: dilige ergo pater misericordiarū
hanc ueritatē in me: qui ad te reuertor de regione lon
ginqua: occurre mihi: & osculuȝ oris tui da. Redde
prima ornamēta: trahe me in domum tuā: occide ui
tulū saginatum: ut in me letent̄ oēs: q spant in te. Et
pariter epulemur in cōuiuiis spūalibus. Num dn̄e mi
hi soli non custodies hanc ueritatē (si iniquitates ob
seruaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit.) Eqdem non ob
seruabis iniquitates: quia ueritatē dilexisti. Dilexisti
qdem imenso amore: quæ nāq; est ueritas: quam dile

xisti? Nōne filius tuus? qui dixit (ego sū uia: ueritas & uita) ipse enim ē ueritas: a qua ois ueritas in cœlo & in terra noiatur: hanc igitur dilexisti: & in ea sola tibi cōplacuisti. Et quid est: ꝙ in ea sola tibi cōplacui sti? quia eā solā sine macula inuenisti & pro peccatori bus eā mori uoluisti. Custodi ergo deus hāc ueritatē Ecce ego peccator magnus: in quo tu custodias eam cui tu idulgeas peccata multa: quē sāguine christi tui abluas: quē p passionē eius redimas. Cur dñe hāc de filio tuo notitiā: cur hanc de eo fidē tradidisti mihi? Num ut maiori afficiar dolore: uidēs redēptiōem me am: & minime attingēs eam? absit. Sed tu intelligēs mihi paratā ueniā: apprehēdam illam p christi grām Redime ergo me dñe: nam. (Incerta & occulta sapiē tiæ tuæ manifestasti mihi). Vt hec ipsa cognitio me adiuuet: & ad salutē pducat: hæc profecto nō cogno uerunt philosophi: hæc fuerunt eis incerta: hæc erāt eis penitus occulta: hęc ante incarnationē filii tui: ex ceptis paucis: quos tu dilexisti: nullus hominum co gnouit. Scrutatores cordis curiosissimi: sapientes di co huius sæculi trans cœlum oculos leuauerunt: & hanc tuam sapientiā inuenire nō potuerūt: (quia ab scōdisti hæc a sapiētib⁹: et prudētib⁹: et reuelasti ea p uulis). i. humilib⁹ piscatorib⁹: & sanctis pphetis tuis qui ea nobis tradiderunt: si ergo incerta: & occulta sapien. tuę scripturarumqꝫ tuarum manifestasti mihi Cur frustra ea cognosco? frustra aūt cognosco illa: si me ad salutē non perducunt. Nam et philosophi cū cognouissent deū: non sicut deū glorificauerunt: aut grās egerūt: sed euanuerūt in cogitatiōibus suis. Dicē tes. n. se eē sapientes: stulti facti sunt: num de numero

istorum

istorum me esse patieris? absit. Tu es. n. ipsa misericordia: quę pœnitētes nunq̄ deserit. Parce ergo dn̄e: parce famulo tuo: & iube ipsum eē in numero puulorum tuorum: & incerta: & occulta sapientiæ: tuæ: quæ manifestasti ei: ducāt eum ad fontē sapiētię: quæ est in excelsis: ut lauderis in ope misericordię tuæ: quam feceris cū seruo tuo dn̄e: qui nunq̄ deseris sperantem in te.

Asperges me dn̄e ysopo & mūdabor: lauabis me: & sup niuē dealbabor. Quia dn̄e ueritatē dilexisti: et incerta: & occulta sapiētiæ tuę manifestasti mihi: spē magnā cōcepi: & cōfido: q̄ nō repelles me a facie tua. (aspge me ysopo: et mūdabor) ysop⁹ est herba humilis: calida: & odorifera: quæ qd aliud significat q̄ filiū tuū dn̄m nr̄m Iesū christū: (q hūiliauit semetipsū usq; ad mortem: mortē aūt crucis) q calore suæ imēse charitatis dilexit nos (& lauit nos a peccatis nr̄is ī sanguine suo) qui odore bonitatis: et mansuetudinis suæ: atq; iustitiæ totum mūdum suauitate repleuit: hoc ergo ysopo aspges me: qn̄ uirtutē sanguinis eius effundes sup me: qn̄ p fidē habitat christus in me: qn̄ p dilectionē ei cōiunctus fuerō: qn̄ humilitatē eius: et passionē imitabor. Tunc mūdabor ab oībus imūdiciis meis. Tunc lauabis me lachrymis meis: a christi amore fluētibus: (tūc laborabo ī gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.) Tunc ergo lauabis me: & super niuem dealbabor. Nix enim candida est: & frigida. Ita profecto dn̄e: si me ysopo asperseris: super niuem dealbabor: quia tua maxima luce perfundar: quę oēm corporalē superat candorē. Et p eam amore cœlestium bonorum accēsus: oēs carnis affectus relin

quã frigidus ad terrena: & ad coelestia inflammatus (Auditui meo dabis gaudium: & laetitiam: & exultabunt ossa humiliata). Tũc.n.dñe orabo ad te: & mane.i.initio lucis tuae exaudies uocẽ meã(. Audiamq; qd loquat̃ i me dñe deus: qm̃ loquet̃ pacẽ i plebẽ suã.) Dabisq; mihi pacẽ dñe: pacẽ dabis mihi: qa in te speraui. (Auditui meo dabis gaudiũ: & letitia3) cum audiam: quod audiuit Maria. Et quid audiuit Maria? De illa loquor: quae fleuit secus pedes tuos: quid igitur hec audiuit? (fides tua te saluam fecit. Vade i pace:) audiamq; quod audiuit latro: (hodie mecum eris in paradiso.) Gaudium itaq; mihi erit de remissione pctõg: laetitia de promissione bonog. Nunqd non gaudebo? Et nõ laetabor: qñ reddes duplicia p oibus pctis meis. Tũc gustare incipiam: qm̃ dulcis es dñe: tũc discã in coelestibus habitare: tunc dicam cu3 ppheta(: q̃ magna multitudo dulcedinis tuae dñe: quã abscõdisti timẽtibus:) tũc gaudebo: et lętabor (. Et exultabũt ossa humiliata.) Quid sunt ossa: quae carnẽ sustinẽt: nisi aiae rõnalis uires: quae carnis nr̃ae fragilitatẽ portãt ne i oia uitia fluat: ne tot⁹ hõ efficiat̃ caro: penitusq; tabescat: ossa ergo haec humiliata sũt: qa nimis debilitata ẽ rõ: & uolũtas ad malũ ualde prona. Iam iã nõ caro obedit rõni. Sed ratio carni: uitiis resistere nõ possum: qa ossa mea humiliata sunt. Et quare humiliata? qa reliquerũt te fõtem aquae uiuae. Et foderũt sibi cisternas dissipatas: quae cõtinere nõ ualent aquas: qa gr̃a tua nõ sũt repletae: sine qua nemo põt bñ uiuere: sine te eni nihil possumus facere. Cõfidebãt in uirtute sua: quae non erat uirtus. Ideo defecerũt in stultitia sua: ueniat ergo uirtus

go uirtus

go uirtus tua dñe: & exultabũt oſſa humiliata) Ve-
niat gratia tua: ueniat fides: que ꝑ dilectionẽ opera-
tur. Veniãt uirtutes & dona (& exultabunt oſſa hũi
liata) exultabit qppe ratio: letabitur memoria: gau-
debit uoluntas: nimirum exultabunt: qa extra ſe ſa
lient. Dum ad bona opera prodibũt: uirtute magna
exercebuntur in eis: nec deficient: ſed te iuuante ad fi
nem uſqꝫ perducent.
¶ Auerte faciem tuaꝫ a peccatis meis: & oẽs iniquita
tes meas dele.) Cur dñe reſpicis peccata mea? cur nu
meras ea? cur adeo diligenter conſideras? nunqd ne
ſcis: quia hõ tanq̃ flos agri? cur non reſpicis potius in
faciem chriſti tui? heu me miſeruꝫ. Cur uideo te mihi
iratũ? peccaui: fateor. Sed tu benignus miſerere mei.
(Auerte faciem tuam a peccatis meis) Facies tua: co
gnitio tua eſt. Auerte itaqꝫ cognitionem tuã a pecca
tis meis. Non loquor de cognitiõe ſimplicis apprehẽ
ſionis: qua oĩa ſemp uides. Sed de cognitione appro
bationis: & reprobatiõis: qua opa iuſtoꝝ approbas
& peccata ĩpioꝝ reprobãdo condẽnas. Noli mea pec
cata ita cognoſcere: ut mihi ĩputes ea. (Sed auerte fa
ciẽ tuã a pctĩs meis.) Vt ꝑ miſericordiã tuã deleanť.
Reſpice dñe animam: quam creaſti: reſpice imagineꝫ
tuam: quam formaſti. Tu enim creaſti eã ad imaginẽ
tuam: & ego miſer ſuperinduxi imaginem diaboli.
Auerte dñe faciẽ tuã ab imagine diaboli. Vt non ira
ſcaris mihi: & reſpice imaginẽ tuaꝫ: ut miſerearis mei
o miſericors dñe. Recordare: quia Zacheum aſcẽdẽ
tem in arborẽ ſicomoꝝ reſpexiſti: & in domũ eius de
ſcendiſti: qď plane nũq̃ feciſſes: ſi imaginẽ diaboli in
eo reſpexiſſes: ſed qa imaginẽ tuã in eo uidiſti: com-

passus es ei:& salutem ei tribuisti:ipse male ablata restituere quadruplicata :& dimidiũ bonoꝝ suoꝝ pauperibus erogare ꝓmisit. Et consecutus est misericordiam:& salutẽ:ego me totũ trado tibi: nihil mihi reseruo:tibi semp seruire sincero corde promitto: uota mea reddam oibus diebus uitæ meæ. Cur ergo dñe in me quoq; nõ respicis imaginem tuã? Vt qd adhuc pctã mea ↄsideras? (Auerte obsecro faciem tuã a peccatis meis:& oẽs iniqtates meas dele.) Oẽs ergo dele ut nulla remaneat. Scriptũ est ẽni. (Qui totã legẽ seruauerit:in uno aũt offenderit: factus est oium reus) idest factus est reus gehennæ:quæ est pena oium peccatoꝝ:quæ ducunt ad mortem:dele ergo oẽs iniqtates meas:ne ulla te offendat:quæ me oiuꝫ reũ faciat.

℣ Cor mundũ crea in me deus:et spũm rectũ innoua in uisceribus meis. Nam cor meuꝫ dereliqt me : nunq̃ de me cogitat suæ salutis penitus oblitũ: p deuia uagat:pegre ꝓfectum est. Seqtur uanitates:& oculi ei⁹ in finibus terræ. Vocaui ipũꝫ:& nõ r̃ndit mihi:abiit piit:i pctis uenũdatũ est:qd ergo dñe:qd dicã. (Cor mũdũ crea i me deus.) Cor humile:cor mãsuetũ: cor pacificũ:cor benignũ:cor piũ:qđ nulli inferat malũ: qđ malũ pro malo nõ reddat. Sed pro malo bõum: qđ te sup oia diligat. Te semp cogitet:de te loquat: tibi grãs agat:in hymnis:& canticis spũalibus delectet:in cœlis cõuersetur. Cor tale crea in me deus:ex nihilo ꝓduc illud. Vt quale nõ põt esse p naturã: fiat tale p gratiã:hæc enim a te solo p creationẽ in aiam uenit:hæc est forma cordis mundi : hæc oẽs uirtutes secũ trahens oia uitia pariter expellit. Cor itaq; mundũ p grãm tuã. (Crea in me deus:& spiritũ rectũ innoua in

noua in uiſceribus meis, Spũs eniꝫ tuus deducet me in uiã rectã:)quia me a terrenis affectibus purgabit: & ad cœleſtia ſubleuabit. Amãs enim & amatũ ſũt unũ:q ergo amat corpora: corpus eſt. Qui uero ſpm̃ diligit:ſpũs eſt. Da mihi ſpm̃ te amãtem:teq; ſummũ ſpũm adorãtem. (Nam ſpũs eſt deus: & eos:qui adorãt eũ in ſpũ:& ueritate oportet adorare.) Da ſpũm rectum:nõ quæ ſua:ſed quæ tua ſunt querẽtem:(innoua ſpũm rectum in uiſceribus meis:)innoua:quia primuꝫ:quẽ mihi dederas:peccata mea extinxerunt. Da ſpiritum nouum: qui innouat quod inueteratũ eſt. Nam anima mea ſpiritus eſt: & a te ita creata : ut in ſe recta ſit:ex natura enim ſua te ſuper ſe amat: & propter te oĩa deſiderat :nam amor naturalis rectus eſt:eo ꝙ a te eſt:ſed ex praua uolũtate ſua in peccatis inueteratus eſt. Et amorem naturalẽ contabeſcere fecit:innoua ergo hunc ſpũm: & hunc amorem ꝑ gr̃aꝫ tuam. Vt recte incedat ſecundum ſuã naturã: innoua in uiſceribus meis. ut intus radices ita firmet: ut nũq̃ amplius poſſit euelli: innoua inq̃ in uiſceribus meis: ut ſemper amore cœleſti me urat: ſemper me faciat ad te ſuſpirare:te iugiter amplecti:& nunq̃ deſerere.
¶ Ne proiicias me a facie tua:& ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.)Ecce dñe ſto ante faciem tuã:ut inueniam miſericordiam tuam:ſto ante bõitatem: & benignitatẽ tuaꝫ. Expecto gratã reſponſionẽ tuã:ne proiicias me a facie tua confuſum : qs unq̃ dñe uenit ad te:& cõfuſus abſceſſit? Quis rogauit faciem tuaꝫ & uacuus abiit?(certe abũdãtia pietatis tuæ: & merita ſupplicũ excedis:& uota:)pluraq; preſtas quam hoĩes deſiderare:aut itelligere poſſint:a ſęculo nõ eſt

auditū: q͞ uenientē ad te reieceris a facie tua ɔfusum. Nunq͞d dñe primus ero a facie tua proiectus? An a me uis initiū habere cōfundēdi uenientes ad te? num amplius nō uis misereri: & parcere? absit. Chananęa te sequebatᷣ: clamabat uocibus aera implebat. Disci pulos tuos ad cōpassionē prouocabat. Et tu tacebas ipsa perseuerabat pulsans: te adorabat dicens. (Dñe adiuua me.) At tu necsic respōdebas. Discipuli roga uerūt pro ea dicētes (dimitte eā: q͞a clamat post nos) quid obsecro? quid dñe eis rñdisti? eq͞dem: q͞ inani ter flebat: q͞ frustra laborabat. Dixisti enim (nō sum missus: nisi ad oues: quæ perierant: domus israel.) Quid hoc audito debuit chananæa facere? utiq͞ de gratia: quā desiderabat: desperare? nec tñ despauit: sed confidēs de tua misericordia: iterꝝ: atq͞ iterꝝ roga bat dicēs. (Dñe adiuua me) cui iportūe insistēti dñe rñdisti: (nō est bonū tollere panē filioꝝ: & mittere ca nibus) ac si patenter dixisses: recede a me. Vos chana næi canes estis: imundi estis: idolatræ estis: dona gra tiaꝝ cœlestium ad uos nō ptinent: non debeo ea tol lere iudæis deū ueꝝ colentibus: & dare uobis canibꝰ dæmōes adorātibus: quid nūc facies o Chananæa? Erubesce iā: & recede: q͞a iratus ē dñs: nō solum tibi: sed & uniuersæ genti tuæ: quis dñe deus ad hęc tua uerba cōfusus nō recessisset? quis non submurmuras set: quis non te crudelē iudicasset: & tñ hæc ipsa mu lier in orōne psistit: spē nō amisit: uerba dura nō ęgre tulit: nō irata est: sed magis humiliata: & in petitiōe psistens confidenter dixit (etiā dñe) ueꝝ est q͞d dicis: sed panē non peto: grās filioꝝ non postulo: q͞a catu la ego sū. Micas peto (quæ cadūt de mensa filiorum tuoꝝ:)

tuorum) ipsi miraculis: & gratiis abundent: mihi autem haec minima gratia nō negetur: ut filia mea a daemonio liberetur (nam & catelli edunt de micis: quae cadunt de mensa dñorum suorum.) (Ecce quāta fides: quanta fiducia: quāta humilitas. Ideo tu nō iratus de eius importunitate: sed gauisus de illius uirtute dixisti. (O mulier: magna ē fides tua: fiat tibi sicut uis). Cur haec scripta sunt dñe deus? ut discamus in te sperare: ut in oratione pie: & humiliter pseueremus: quia dare uis: sed regnum celorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud: (quecūq; scripta sunt: ad nrāz doctrinā scripta sunt: ut p patiētiam: & cōsolationem scripturarum spez habeamus) Ne ergo proiicias me a facie tua dñe: qui die: noctuq; ante faciē tuā flens: & eiulās sto: nō ut me liberes a daemonis oppressione corporalis: sed ut animā meaz eripias ab eius potestate spiritalis: ne me ꝯfundas bone Iesu: quia in te solo spero: nō est mihi salus: nisi in te dñe. (Oēs enim dereliquerūt me.) Nam & fratres: & filii mei abiecerūt me: & uiscera mea abominantur me: neminem amplius habeo adiutorem praeter te (Ne ergo pijcias me a facie tua: et spm scm tuuz ne auferas a me. Nemo potest dicere dnm Iesum nisi in spiritu sācto. (Itaq; si ego inuoco te dñe Iesu: hoc facio in spiritu sācto. Si de peccatis cōmissis doleo: si ueniā peto: hoc certe facio in spiritu sācto. Ideo te obsecro (spm scm tuum ne auferas a me: ut mecū sit: et mecuz laboret.) Nam qd oremus: sicut oportet: nescimus: sed spiritus adiuuat īfirmitatē nostram: & postulat pro nobis .i. postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus (Ne ego spiritū scm tuū auferas a me) ut me orare doceat; & in labore me adiu

uet: faciatq; me in oratiõibus: & lachrymis psisterẽ ut tãdem inueniã gratiam corã te: seruiam tibi omnibus diebus uitæ meæ.

¶ Redde mihi lætitiã salutaris tui: & spiritu pricipali confirma me.) Rem magnã peto dñe (qm̃ tu deus magnus dñs: & rex magnus sup omnes deos.) Tibi iniuriam facit: qui a te parua petit. Parua sunt omnia: que transeunt: parua sunt omnia corporalia: magna: & preciosa spũalia. Tolle spm̃: tolle aiam a corpore: qd remanet nisi stercus: qd nisi puluis: & umbra? Ergo tm̃ distat inter spm̃ & corpus: quantum inter corpus & umbrã eius. Qui igitur petit a te corporea: parua petit: q uero spũalia: magna pfecto postulat: maxima aũt: q tui salutaris lætitiã petit. Quid est enim salutare tuum: nisi Iesus filius tuus? Hic est uerus deus: & uita æterna. Cur ego a te pre imenso: & liberalissimo hoc salutare non petã: quẽ pro me super lignum tradidisti. Tu eum mihi obtulisti: quare petere ipm erubescã? Maximũ: & infinitum munus est: nõ sum ego tanto munere dignus: te tñ decet tam magna dare: pter hanc itaq; ineffabilem pietatem audeo ad te fiducialiter accedere: & salutaris tui lætitiam petere (Nam si a patre carnis suæ petierit quispiam filius piscẽ: nunqd porriget ei serpentem? & si petierit ouum: nunqd dabit ei scorpionem? & si petierit panẽ: nũqd dabit ei lapidem?) Si ergo patres carnales cũ mali sint: & peccatores: norunt bona a te eis data dare filiis suis: quãto magis tu pater cœlestis: q per essentiam bonus es: dabis spiritũ bonum petentibus te? Ecce filius tuus de regione lõginqua reuersus: dolẽs: & pœnitẽs petit a te piscem fidei: sicut.n.

piscis

piscis latitat sub aquis: ita fides est de his: quæ nõ ui
dent. Petit dico fidem uerã: ut leteť in salutari tuo:
nunqd porriges ei serpentem? Nunqd dabis ei infide
litatis uenena de tortuoso: & antiquo serpẽte diabo
lo pro fici scentia? Peto a te dñe ouum spei: ut sicut ex
ouo spatur pullus: ita ex spe ad uisionẽ salutaris tui
mihi uenire concedas: ut de ipsa spe egrediatur uisio
quasi pullus de ouo? peto ouum spei: ut interim spe
ipsa subleueť aĩa mea ĩ hac lachrymaꝝ ualle. (Et læ
teť in salutari tuo:) nũqd dabis mihi despatiõis scor
pionem: ut sicut scorpio in extremitate caudæ habet
uenenũ: ita & ego in extremo uitæ meæ reserué pctũ
blãdiarqꝫ mihi in illecebris mũdi: sicut scorpio in fa
cie blandiri uideť. Peto ẽt a te panẽ charitatis christi
qua se sicut panis oĩbus cõmunicat: ut semp gaudeã
in salutari tuo: nunqd lapidem dabis mihi? hoc est
cordis duritiã? absit. Cur itaqꝫ diffidã petere: & ĩpe
trare magna a te dñe? q me excitas: & iuitas ad petẽ
dum: & pulsandũ usqꝫ ad importunitatẽ? Quid ue
ro tibi gratũ magis: & mihi salubrius petere possuꝫ?
q̃ ut reddas mihi lætitiã salutaris tui. Iam gustaui q̃
dulcis sit dñs: q̃ leue: & suaue sit onus eius. Memor
sũ quãta pace: quãta animi trãquilitate fruebar: qñ
in dño gaudebã: & exultabam in deo Iesu meo: ideo
nũc magis doleo: qa scio qd perdidi. Scio q̃ maxima
bona amisi: ideo ĩportune clamo: (redde mihi lętitiã
salutaris tui.) Redde: qđ pp pctã mea mihi abstulisti
redde: qđ mea culpa perdidi: redde obsecro p merita
eius: q semp stat ad dexterã tuaꝫ: & ĩterpellat pro no
bis: ut p ĩpm sentiã te mihi placatũ: ut sit signaculum
sup cor meum: ut dicam cum apostolo xp̃o: confixus

sū cruci (uiuo aūt iam nō ego: uiuit uero in me xp̄s).
Verū qa magna est fragilitas mea. (Spiritu principa-
li cōfirma me.) Vt nullis pturbatiōibus a xp̄o separi
ualeā: nullis terrorib⁹ a te recedere: nullis cruciatibus
infirmari. Nō enim uirtus mea tanta est: ut pugnare
possit cum antiquo serpente: & ei præualere. Petrus
me docuit: quāta sit infirmitas nr̄a: ipse uidit te dn̄e
Iesu: & tecū familiarissime ɔuersatus est: gloriam tuā
ī monte gustauit: qñ transfiguratus es. Vocē pr̄is au
diuit. Mira opa tua oculis suis cōspexit. Ipse quoqꝫ
uirtute tua miracula plura fecit: super aquas pedib⁹
ambulauit: uerba tua tam potētia: tam suauia quoti
die audiuit. Feruentissime fidei uidebatur: dicebatqꝫ
(se paratum tecū & in carcerem: & in mortem ire:) &
cum negationē ipsius denūciares ei: nō tibi credebat
in uirtute sua confidebat. Magis sibi homini: q̄ tibi
deo fidem adhibebat. At cū ancilla dixit ei (. Tu de
illis es:) illico territus negauit. Venit alia ancilla: &
dixit (. Vere tu ex illis es.) Iterū negauit: nō potuit
corā muliercula stare: qūo stetisset corā regibus: & ty
rānis: & cum iteruꝫ ab astantibus interrogaretur: &
accusaret̄: cœpit iurare: & detestari: qa nō nouisset
te.) Quid putas dicebat? arbitror: ꝙ per deū: & per
legē Moysi iurabat: ꝙ te nō nouerat: & detestabatur
dicēs. Putatis uos: me discipulum esse huius samari
tani: seductoris: ac dæmoniaci: qui nr̄am legem de-
struxit? ego discipulus sum Moysi: hunc aūt nescio:
unde sit. Deo grās: qa cessauit interrogatio: si enim
non cessasset interrogatio: nec quidem cessasset nega
tio. Mille interrogationes: mille fuissent negationes:
immo mille periuria: & detestationes. Sed he inter-
rogationes

rogationes fuerunt uerba. Quid rogo si iudæi uenissent ad uerbera? nihil certe Petrus reliquisset: quo se per negatiões: & periuria: detestatiões: ac blasphemias de manibus eoruꝫ explicuisset. Tu aūt pie dñe respexisti eū: & statim pctm̄ suū cognouit: nec tñ ausus est in medium ꝓsilire, Et cōfiteri te filium dei esse: quia nondum cōfirmatus erat uirtute ex alto. Nam proculdubio iteꝝ negasset: si flagella sibi preparata uidisset: ideo matu iore consilio egressus est foras & fleuit amare. Tu uero post resurrectionem tuam apparuisti ei: cōsolatus es eum: nihilominus latebat propter metum iudæorum: uidit te in cœlum tam gloriose ascendentem: & angeloꝝ uisione: consolationeq; confortatus est: nec tamen adhuc in publicuꝫ prodire audebat. Experientia quippe didicerat fragilitatem suam: probauerat infirmitatem: ideo expectabat promissum spiritum sanctum. Venit: & repleuit gratia pectus eius: tūc ꝓdiit: tūc loqui cœpit: tūc uirtute tua magna testimonium resurrectiouis tuæ reddidit: tunc principes sacerdotum: & reges non timuit: sed gloriabatur in tribulationibus. Crucemq; pro summis delictis amplexabatur (itaqꝫ domine in spiritu principali confirma me:) ut iugiter permaneam in letitia salutaris tui: alioquin contra tot bella persistere non possum: (caro concupiscit aduersus spiritum:) mundus undiqꝫ me premit diabolus non dormit: da mihi uirtutem spiritus tui: (ut cadant a latere meo mille: & decem milia a dextris meis:) ut sim fidelis: & fortis testis fidei tuæ: Si enim Petrus: quem tot muneribus: & gratiis donaueras: ita miserabiliter cecidit: quid ego domine? quid facerem:

qui nec te in carne uidi: nec gloriam tuam in monte gustaui: nec miracula tua conspexi. Quinimo opera tua mirifica uix a longe intellexi: tuamque uocem nunq̄ audiui: sed in peccatis semper fui. (Spiritu itaque principali confirma me:) ut in tuo obsequio perseuerare ualeam: & dare pro te animam meam.
¶ Docebo iniquos uias tuas: & impii ad te conuertentur.) Non hoc domine temeritati ascribas: si docere cupio iniquos uias tuas. Non enim iniquus: infamis: & in uinculis iniquos docere cupio: sed si reddideris mihi letitiam salutaris tui. Si me spū principali confirmaueris: si me liberum miseris: (tunc docebo iniquos uias tuas.) Non enim hoc est tibi difficile: quia de lapidibus potes suscitare filios Habraę. Nec peccata possent obstare tibi: si uolueris hoc facere: quinimo ubi abundauit peccatum: superabundauit & gr̄a (Paulus spirās minarum: et cedis in discipulos dn̄i:) potestatem accepit (: ut si quos inueniret: uiros ac mulieres:) te sequentes: tuamque fidem confitentes: uinctos perduceret in Hierusalem:) ibat ergo furiis inuectus: sicut lupus rapax: ut oues tuas disperderet: raperet: & occideret: dum ergo esset in uia: in feruore persecutionis: in actu peccati. Dum te persequeretur: dum tuos occidere uellet: dum nulla ei inesset ad gratiam prepatio: nullaque peccati cognitio: quando totis uiribus tibi aduersabatur: te blasphemabat: teq; detestabatur: ecce uox pietatis tuæ super eum dicens (. Saule: saule: quid me persequeris?) Qua uoce illico ꝓstratus: & erectus est: ꝓstratus corpore: erectus mēte: excitasti dormiētē: oculis somno grauatis infudisti lucē tuā: oñdisti faciem tuā effu

disti

disti ineffabilē misericordiam tuā. Surrexit mortuus oculos aperuit: uidit te: & ait (Dñe quid me uis facere?) misisti lupū ad agnū: misisti eum ad animam: baptizatus est: & repēte spiritu sancto repletus: factus est uas electiōis ad portandū nomen tuum coram regibus: & gentibus: & filiis israel. Continuo ergo ingressus synagogas intrepidus p̄dicauit te affirmans: qm̄ tu es christus. Disputabat: inualescebat: & confundebat iudæos: ecce dñe: quia statim de p̄secutore fecisti eum p̄dicatorē: & talem ac tam magnū: ut plus cæteris apostolis laborauerit. O mira uirtus tua: si uolueris de iniquo facere iustum: de p̄secutore p̄dicatorē: qs prohibebit? qs resistet tibi? qs dicere poterit: cur ita facis (oia quecunq; uoluisti: fecisti in cœlo: & in terra: in mari: & in oibus abyssis.) Non ergo arrogantiæ ĩputet: si nō mea: sed tua uirtute docere cupio iniquos uias tuas. Scio. n. me nihil tibi offerre posse: qd̄ oculis tuæ pietatis magis placeat: hoc sacrificiū est oīum maximum. Nihil etiam possum facere mihi utilius. Si ergo me in aliū uiꝶ mutaueris (Docebo iniquos uias tuas.) Non uias Platonis: non Aristotelis: non implicationes syllogismorum: non philosophiæ dogmata: nō rhetoꝶ ornata uerba: non negocia sæcularia: nō uias ueritatis: nō uias ducentes ad mortē. Sed uias tuas: & p̄cepta tua: quæ ducunt ad uiam: nō unā uiam tm̄: sed multas uias: qa multa sūt p̄cepta tua: oēs tñ istæ uiæ terminant̄ ad unam: oēs enim in una copulantur charitate: quæ adeo cōiungit animos fidelium: ut fiat eis cor unum: & anima una ĩ dño. Vel certe diuersæ uiæ: diuersæ uitæ sūt: per aliam nāq; incedunt clerici: per aliam monachi:

per aliam mendicantes. Aliamq; tenent matrimonio coniuncti. Aliã in uiduitate degẽtes: & cõtinẽtes: aliam uirgines: aliam sequũtur principes: aliam doctores: aliam mercatores. Deniq; diuersi status hoium per diuersas uias ad patriã cœlestem proficiscuntur (Docebo itaq; iniquos uias tuas) unumquemq; iuxta cõditionem: & statum suũ (Et impii ad te cõuertẽtur). Quia predicabo eis nõ meipsum: sed xpm crucifixum. ideo non ad laudes meas: sed ad te conuertẽtur: relinquent enim uias suas. Vt uenientes ad tuas per eas incedant: & ad te perueniant.

¶ Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiã tuã. In multis sanguinibus suffocor: & de profundis eorũ clamo ad te dñe: dñe exaudi uocẽ meam. Ne differas dñe: qa morti ꝓximus sum: sanguines mei: peccata mea sunt: sicut enim in sanguine est uita carnis: ita i peccato est uita peccatoris; effunde sanguinem: moritur animal: effunde per cõfessionem peccatũ: moritur peccator: & iustus efficitur. Ego igitur nõ solum in sanguine inuolutus sum: sed etiã in sanguinibus imersus: gurgites sanguinũ me trahunt ad inferos. Succurre mihi dñe: ne peream. (Libera me de sanguinibus deus) qui omnia gubernas: & moues: q solus potes me liberare: in cuius manu est omnis spiritus uitæ (Libera me de sãguinibus deus) auctor salutis meæ: deus in quo solo est salus mea. Libera me dñe sicut liberasti Noe de aqs diluuii. Libera me sicut liberasti Loth de incẽdio sodomoꝝ. Libera me sicut liberasti filios israel de profundo maris rubri. Libera me sicut liberasti Ionam de uentre ceti. Libera me sicut liberasti

tres pueros de camino ignis ardentis. Libera me si-
cut liberasti Petrum de periculo maris. Libera me si-
cut liberasti Paulum de profundo pelagi. Libera me
sicut liberasti infinitos peccatores de manu mortis:
& de portis inferni (Et exultabit lingua mea iustitiã
tuam) idest propter iustitiam tuam: quam in me sen
tiam per gratiam tuam. Iustitia enim tua: ut dicit
Apostolus: est per fidem Iesu christi: in omnes: & sup
oẽs: qui credũt in eũ: exultabit itaq; lingua mea lau
dando hanc iustitiã tuã: extollendo gratiam tuã: ma
gnificãdo pietatem tuam: cõfitendo peccata mea: ut
in me laudetur misericordia tua: quæ tam magnum
peccatorem dignata sit iustificare: ut cognoscant om
nes homines: q̃ saluas sperantes in te (& liberas eos
de manu angustiæ domine deus noster.)
¶ Dñe labia mea apies: & os meum annũciabit lau
dem tuã.) Magna res est laus tua domine: & de tuo
fonte procedit: de quo non bibit peccator. Non est
enim speciosa laus in ore peccatoris (Libera ergo me
de sanguinibus deus deus salutis meæ: & exulta-
bit ligua mea iustitiã tuã.) Tũc dñe labia mea apies
& os meũ annũciabit laudẽ tuã. Tu.n. habes claues
Dauid: q claudis: & nemo aperit: & apis: & nemo
claudit: tũc ergo apies labia mea: sicut apuisti labia i
fantiũ: & lactẽtiũ: ex quoꝝ ore pfecisti laudẽ tuã: hi
pfecto fuerũt pphetæ: & apostoli: ceteri quoq; sãcti
tui: qui te simplici: & puro corde: & ore laudabãt: nõ
ãt philosophi: & oratores: q dixerũt (linguã nrã.
magnificabimus: labia nrã a nobis sũt: quis nr deus
est?) aperiebãt ipsi labia sua: nõ tu aperiebas ea. Ideo
ex eoꝝ ore nõ pfecisti laudẽ: ifantes tui dñe laudabãt

te:& seipsos despiciebāt. Philosophi dū te laudare ge stiebāt:seipsos magnificare uolebāt:lactētes tui lau dabāt gloriā tuā : quā p grām supcœlestē cognosce bāt. Philosophi p sola naturalia te cognoscētes: lau des tuas pfecte exprimere nō poterāt. Sācti tui te cor de:& ore:et bonis opibus laudabāt:philosophi solis uerbis:& iflata sapia. Pueri tui in toto terraruꝫ orbe laudes tuas diffuderāt : philosophi uix paucis disci pulis prædicauerūt. Amici tui laudib⁹ tuis inumera biles hoies a pctis ad uirtutes:& ad uerā fœlicitatem cōuertebāt:phi nec ueras uirtutes:nec uerā fœlicitatē cognoscebāt: dilecti tui ineffabilē pietatē tuā : quam oñdisti in filio charitatis tuæ:pdicauerunt : philoso phi hāc nullo pacto itelligerē potuerunt (Ex ore itaqꝫ ifantum : & lactentiū pfecisti laudē tuā) semp eni ti bi placuit exaltare humiles:& humiliare supbos : qa ergo supbis semp resistis. Da mihi uerā humilitateꝫ: ut ex ore meo pficias laudē tuam. Da mihi cor puuli (qa nisi ɔuersus fuero sicut puulus: nō potero itroire i regnū cœloꝝ) fac me sicut unū d ifātib⁹ et lactētib⁹ tuis:ut semp pēdeā ab uberib⁹ sapię tuæ (qa meliora sunt ubera ei⁹ uino. Et melior est sapia cūctis opibus & oia:que desiderant:huic nō ualēt cōparari. Infini tus.n. thesaurus est hoībus:quo q usi sūt : pticipes fa cti sunt amicitiæ dei). Si ergo me puulum feceris:lau dem tuā in ore meo pficies (Tunc.n. apies labia mea os meum annūciabit laudē tuā). Annūciabit quippe pfecte:sicut ex ore ifantiū:& lactētiuꝫ pfecisti laudē. ¶ Quoniā si uoluisses:sacrificiū dedissem:utiqꝫ holo caustis non delectaberis.) Os meum dñe annūciabit laudē tuam:scio eni hoc tibi gratissimū esse: cum p ꝓ

phetam

phetã dicas: (sacrificiuȝ laudis honorificabit me: illic iter: quo ostendam illi salutare meũ) offerã itaqȝ laudẽ tibi: laudẽ inq̃ infantium: & lactẽtium pro oĩbus pc̃tis meis. Et quare laudẽ potius q̃ sacrificiũ offeraȝ tibi pro oĩbus pc̃tis meis (qm̃ si uoluisses: sacrificium dedissem: utiqȝ holocaustis nõ delectaberis) nunqd sanguine hircoꝝ: aut uitulorum placari poteris (nũquid manducabis carnes taurorum: aut sanguinem hicoꝝ potabis) an forte aurum queris:? qui cœlũ: & terraȝ possides:? num uis: ut corpus meũ sacrificem tibi (qui non uis mortem peccatoris: sed magis ut cõuertatur: & uiuat:?) Castigabo tamen cum mensura carnẽ meã: ut ꝑ grãm tuã rõni subiecta sit: eiqȝ deseruiat: nã & in hoc si mẽsurã excessero: mihi ĩputabitur ad pc̃m̃ (rõnabile ĩquit apl̃s tu⁹ obsequȝ nr̃m). Tu quoqȝ dixisti ꝑ ꝓphetã (misericordiã uolo: & ñ sacrificiũ. Igitur os meũ annũciabit laudẽ tuam) qa hæc oblatio honorificat te: & pandit nobis iter ad salutare tuũ (paratũ cor meum deus: paratũ cor meũ) paratum ꝑ grãm tuã ad oĩa: quæ tibi grata sunt faciend a: hoc unũ inueni tibi acceptissimũ: hoc offerã ti tibi: hoc semp erit in corde meo: hoc ꝑsonabũt labia mea: qm̃ si uoluisses sacrificiũ corporale: utiqȝ dedissem: paratũ enim cor meũ ꝑ grãm tuã: ut impleat uolũtatem tuã: sed hm̃oĩ holocaustis non delectaberis: corpora. n. fecisti ꝓpter sp̃ũs: iõ tu sp̃ũalia: nõ corporalia q̃ris: dicis enim in quodã loco p̃be fili mi cor tuum mihi: hoc est sacrificium: quod tibi placet: cor dolore pc̃tõrum: & amore cœlestium bonorum inflãmatum offeratur tibi. Et nequaq̃ amplius repetatur: huiusmodi holocausto tu delectaberis.

¶ Sacrificiũ deo spũs ɔtribulatus: cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Spũs qdem cõtribulatus: non caro contribulata tibi placet. Nam caro contribulat̃: qa terrena: q̃ optat: nõ habet: uel certe in se sentit: quæ odit. Spũs uero cõtristatur de culpa: eo ꝙ sit cõtra deũ: quẽ amat. Dolet se suum creatorem: & redẽptorẽ offẽdisse: se sanguinẽ eius despexisse: se tã bonũ: & dulcẽ p̃rem cõtẽpsisse: hic ergo spũs cõtribulatus sacrificiũ est tibi odoris suauissimi: ex aromatib⁹ eni amarissimis. i. ex memoria peccatoꝝ cõfigit. Duꝫ eni pc̃tã in mortariolo cordis colligunt̃: & pistillo cõpunctiõis cõtundunt̃: in pulueremqꝫ redigunt̃: atqꝫ aqs lachrymarũ humectant̃: inde fit unguentũ: & sacrificiũ suauissimũ tibi: qd' oblatũ nequaq̃ despicies. (Naꝫ cor cõtritũ: et humiliatũ deus nõ despicies) q ergo cor suũ saxeũ ex durissimis pc̃tõrũ lapidib⁹ cõstructũ frãgit: & cõterit: ut inde unguẽtũ cõficiat cõtritionis: abundãtia lachrymarũ: & de pc̃toꝝ multitudine: aut grauitate minime despãs: humiliter tibi hmõi sacrificium offert: nullo modo a te despicietur (quia cor contritum & humiliatum deus non despicies.) Maria magdalena in ciuitate peccatrix tale unguentum cõfecit: in alabastro cordis posuit: domum pharisæi ingredi nõ timuit: secus pedes tuos ꝓstrata est: flere iter epulas non erubuit: dolore p̃ssa non loquebat̃: sed cor eius in lachrymis soluebat̃: qbus lauit pedes tuos: capillis suis tersit: unguẽto unxit: & osculari non cessauit: qs audiuit unq̃ tale? aut quis uidit huic simile: placuit itaqꝫ tibi hoc eius sacrificium: & adeo gratum fuit: ut pharisæo: qui iustus uidebatur eam prætuleris. Verbis enim tuis insinuasti tantum

distare

distare inter iustificationem Mariæ: & iustitiam pharisæi: q̄tū inter se distant lauare pedes aqua: & ablue re lachrymis. Osculari semel faciem: & non cessare osculari pedes: ungere caput oleo: & ungere pedes unguento prętiosissimo. Quinimo lōge amplius Maria pręstabat pharisæo: quia ipse nec aquam: ne osculum: nec oleum tibi exhibuerat. O magna uirtus tua dn̄e: magna potētia tua: quæ se parcendo: & miserando manifestat. Video igitur (: quia cor contritū & humiliatum deus non despicies:) idcirco hmōi cor tibi offerri studeo: nec oportet me hoc uerbis suadere: quia tu es deus: qui scrutaris renes: & corda. Suscipe ergo & hoc sacrificium meum: quod si forte imperfectum est: tu qui solus potes ipsum perfice: ut fiat holocaustum. i. totum incensum ardore tuæ imensæ charitatis: ut tibi placeat: aut ut ipsum saltem non despicias. Si enim non despexeris: scio ꝙ inueniam gratiam coram te. Et post hac nullus sanctoꝝ tuoꝝ: siue in celo: siue in terra me despiciet.
¶ Benigne fac dn̄e in bona uolūtate tua syō: ut ædificent muri Hierusalem (. Quia enim scriptum est: (cum sancto sanctus eris: & cum uiro inocente inocēs eris: & cum electo electus eris: & cum puerso puerteris. Valde cupio oēs hoies saluos fieri: & ad agnitionem ueritatis uenire: hoc eni & eis necessariū: & mihi utile esset: naꝫ eoꝝ orōnibus: meritis: & exemplis resurgerē: & ad meliora quotidie prouocarer. Rogo ergo te dn̄e: q̄uis peccator (. Benigne fac in bona uoluntate tua syon: ut ędificētur muri hierusalem. Syō enim ecclesia tua: nam syon interpretatur specula: qa ecclesia tua per gratiam spiritus sancti gloriam dei

pro captu huius uiæ speculatur: hinc dicebat Apo-
stolus(. Nos reuelata facie: gloriam dñi speculantes
in eãdem imaginẽ trãsformamur a claritate in clari-
tatẽ: tanq̃ a dñi spũ.) Dñe deus q̃ parua est hodie ec-
clesia tua: iam totus mundus deficit: nã longe plures
sunt infideles q̃ christiani. Inter christianos aũt ubi
sunt: qui relictis terrenis gloriam dñi speculentur?
Paucos certe inuenies comparatione eorum: qui terre-
na sapiunt(: quorum deus uenter est: & gloria in con
fusione ipsorum. Benigne fac dñe in bona uoluntate
tua syon:) ut augeatur merito: & numero. Respice
de cœlo: & fac benigne iuxta consuetudinem tuam:
ut ignem charitatis de cœlo emittas sup nos: qui cõ
sumat oĩa peccata nostra. (Fac dñe in bona uolunta
te tua: ut non secundũ peccata nostra facias nobis:
neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
Sed fac nobis secundũ magnã misericordiam tuam.)
Tu dñe pater noster: & redemptor noster: tu pax: &
gaudium nr̃m: tu spes nr̃a: & salus æterna: oẽs a te
bona expectant(. Dante te illis: colligẽt: aperiente te
manum tuã: oĩa implebuntur bonitate: auertẽte aũt
te faciẽ: turbabuntur: auferes spũm eorum: & deficient:
& in puluerẽ suũ reuertent: emitte spũm tuũ: & crea
bunt: & renouabis faciẽ terræ.) dñe obsecro quæ
utilitas in damnatione tot millium hoĩum? infernus
implet: ecclesia quotidie euacuat(: exurge quare ob
dormis dñe? exurge: & ne repellas in finem. Benigne
fac in bona uoluntate tua syon: ut ædificentur muri
hierusalẽ.) Quid est hierusalẽ: quæ interpretatur ui
sio pacis: nisi beatorum ciuitas sancta? quæ est mater
nostra. Huius muri corruunt: quando lucifer cum
angelis

angelis suis corruit: in quorum loca assumuntur hoies iusti (. Benigne igitur fac dñe syon:) ut cito implea-tur numerus electorum (: & edificentur: perfician-turq; muri Hierusalem) ex lapidibus nouis te sem-per laudantibus: & permanentibus in æternum.
¶ Tunc acceptabis sacrificiu; iustitiæ oblationes: & holocausta: tūc imponēt super altare tuum uitulos. Tunc benigne feceris in bona uolūtate tua syon: acceptabis sacrificiū iustitiæ. Acceptabis dico: qa igne tuę charitatis consumes: sic. n. sacrificiū Moysi: & sacrificium Heliæ acceptasti. Tunc. n. sacrificia iustitię acceptas: qñ anias: que iuste uiuere satagunt: gratia tua impinguas: quid prodest sacrificia tibi offerre: qñ non acceptas ea? O dñe quot offerrimus hodie sacrificia: quę tibi grata non sunt: sed potius abominabilia: offerrimus eni sacrificia: non iustitiæ: sed cerimoniæ nostrę. Ideo non sunt tibi accepta. Vbi nunc apostolorum gloria? ubi martyru; fortitudo? ubi prædicatorum fructus? ubi monachorum sancta simplicitas? ubi primorum christianorum uirtutes: & opera? tunc eni; acceptabas eorum sacrificia: qñ gratia tua uirtutibus eos exhortabas. Si quoq; tu benigne feceris syon (in bona uoluntate tua: tunc acceptabis sacrificium iustitie:) quia populus incipiet bene uiuere: & mandata tua seruare: ac iustitiam facere: & super ipsum erit benedictio tua. Tunc oblationes sacerdotū: & clericorū tibi acceptæ erunt: qa relictis terrenis ad perfectiorē uitā se se accingent: & unctio benedictionis tuę erit sup capita eorum. Tunc grata tibi erūt holocausta religiosorum: q relicto torpore: & tepidita-te eliminata: incēdio diuini amoris omni ex parte cō

sumabunt. Tunc episcopi: & predicatores imponēt sup altare tuū uitulos: qa in omni uirtute cōsumati: & spiritu sancto repleti: non dubitabunt ponere aias suas pro ouibus suis. Altare eniꝫ tuū qd est: nisi crux tua bona iesu: sup quā oblatus fuisti? Quid uitulus lasciuiens significat: nisi corpus nr̄m? Tunc ego imponent sup altare tuum uitulos: qñ corpora offerrēt cruci. i. cruciatib⁹: & morti pro noie tuo: tūc florebit ecclesia: tūc dilatabit terminos suos: tūc laus tua resonabit ab extremis terrę: tūc gaudiū: & lętitia occupabit orbē terraꝝ: (tūc exultabunt sancti in gloria: lætabunt in cubilibus suis.) Expectātes nos in terra uiuentiū: fiat obsecro dñe nūc mihi illud tūc: ut misearis mei ſm magnā misericordiam tuā: ut suscipias me i sacrificium iustitiæ: in oblationē sanctimoniæ: in holocaustū religiosæ uitæ. Et in uitulū crucis tuæ per quā transire merear ab hac ualle miserie. Ad gloriam illā: quā præparasti diligentibus te. Amen.

¶ El reuerendo padre Frate Hieronymo: poi che fu appresso a la morte: essendo per assumere el sacratissimo corpo del nostro signore pigliandolo ne le proprie mane disse.

¶ Signore io so che tu se quel uero Idio creatore del mondo: e de lhumana natura. Io so che tu se quella trinita pfecta indiuisibile: & inseparabile distincta in tre psone. Padre figliolo & spiritu sācto. Io so che tu se quel uerbo eterno: che descendesti de celo in terra nel uentre de Maria uirgine. Salisti sul legno de la croce a spargere el tuo precioso sangue per noi miseri peccatori. Io te prego signor mio. Io te prego salute mia. Io te prego consolator mio: che tanto pre

 cioso

cioso sangue per me non sia sparso in uano: ma sia in remissiõe de tuti li mei peccati. De quali io ti chiedo perdonanza: dal di chio receuete laqua del sancto baptesmo: in fino a questo punto: & dicone a te signor mia colpa. Et cossi ti chiedo perdono in quello ho offeso questa cita: & tuto questo populo di cosse spirituale: & temporale. Et cosi de ogni cosa che io per me non conoscesse hauere errato. Et humilmente a tute quelle psone che sono qui circunstante chiedo perdonanza: che pregino dio per me. Et che mi faci forte su lultimo fine: & chel nemico non habi possanza sopra di me. Amen. FINIS

¶ Expositio uel meditatio Fratris Hieronymi Sauonarolæ de Ferraria: ordinis sacri prædicatorum: in psalmum. (In te dñe speraui) quã in ultimis dieb⁹ dum uitæ suæ finem præstolaretur: ædidit.



Ristitia obsedit me: magno: & forti exercitu uallauit me: occupauit cor meum clamoribus: & armis: die noctuqꝫ contra me pugnare non cessat. Amici mei sunt in castris eius: & facti sunt mihi inimici. Quecunqꝫ uideo: quecunqꝫ audio uexilla tristitiæ deferunt: memoria amicoꝝ me cõtristat: recordatio filioꝝ me affligit: ꝯsideratio claustri & cellæ me angit: Meditatio studioꝝ meoꝝ dolore me afficit: cogitatio peccatoꝝ me p̃mit. Sicut enim febre laborantibus oĩa dulcia amara uidentur: ita mihi omnia in mœrorẽ: et tristitiã cõuertũtur. Magnũ profecto onus super cor: tristitia hæc uenenum aspidum: pestis pnitiosa murmurat cõtra deum: blasphemar̃ nõ cessat: ad desperationẽ hortatur. Infelix ego

homo:qs me de manibus eius sacrilegis liberabit? Si oia:quæ uideo:& audio uexilla sequntur: & fortiter cõtra me pugnãt:qs erit ꝓtector meus? Quis auxiliabitur mihi? Quo uadã? Quo pacto effugiã? Scio qd faciã. Ad inuisibilia me cõuertã: & adducã ea contra uisibilia. Et qs erit dux tam excelsi: tamqꝫ terribilis exercitus? spes quæ de inuisibilibus est. Spes iquam cõtra tristitiam ueniet: & expugnabit eã. Quis stare poterit ꝯtra spẽ? Audi qd dicit ꝑpheta. (Tu es dñe spes mea:altissimũ posuisti refugiũ tuũ.) Quis stabit cõtra dñm? qs expugnare poterit refugiũ eius:qd' est altissimũ? Vocabo itaqꝫ eum: ueniet ꝓfecto: nec me confundet. Ecce iam uenit: gaudia attulit: pugnare me docuit: dixitqꝫ mihi. (Clama ne cesses) & aio. (Quid clamabo.) Dic iqt confident:et ex toto corde.



IN TE Dñe speraui non confundar in çternũ:in iustitia tua libera me) O mira potẽtia spei: cuius faciem non potuit tolerare tristitia. Iam uenit cõsolatio. Clamet & obstrepet nũc tristitia cũ exercitu suo. Premat mũdus:insurgãt hostes: nihil timeo:qm̃. (In te dñe speraui:qm̃ tu es spes mea: qm̃ tu altissimũ posuisti refugiũ tuũ:) Iã ipm igressus sũ:spes me itroduxit:nõ ego imprudẽter intraui:ipsa me excusabit corã te:ecce inquit spes:o hõ altissimuꝫ refugiũ dei:aperi oculos tuos:& uide: deus solus est: solus ipe est substãtiæ pelagus ifinitũ. Cetera ita sũt ac si ñ eẽnt:oia.n.depẽdent ab eo:& nisi sustẽtaret ea in nihilũ repẽte redirẽt:qa ex nihilo facta sũt. Considera potẽtiã eius:q in principio creauit cœlum: & terrã. Nunqd nõ ipse oia in oibus opat? Quis põt moueremanũ

re manũ sine eo:qs põt a se aliqd cogitare:Pensa sapiam eius:q in trãqlitate oia gubernat: q oia uidet: & cuius oculis oia sunt nuda: & apta. Hic est:q solus te liberare scit & põt:sol⁹ cõsolari:solus saluare. (Noli cõfidere in filiis hoiuz: in qbus nõ est salus:) cor humanum in manu eius:quocũqz uoluerit:uertet illud Hic est:q põt:& scit te iuuare. An forte tibi est suspecta uolũtas:Pẽsa bonitatẽ eius:cõsidera dilectionẽ. An nõ ipe est amator hoium: q pro hoibus factus est hõ:& pro peccatoribus crucifixus : Hic uere est pater tuus:q te creauit:q te redemit:qui tibi sẽper bñ fecit. Nunqd poterit pr̃ relinquere filium suũ. Proiice te in eum:& excipiet:& saluabit te: scrutare scripturas: & iuenias q̃ studiose tanta pietas te monet: ut speres in eum. Cur hoc:Nempe qa saluare uult. Quid.n.p prophetam dicit: (Quoniã in me spauit liberabo euz). Ecce qa nulla alia causa eum liberare uult: nisi qa sperauit in euz:& qd pphetæ:qd apostoli: quid deniqz ipse apostoloruz dñs prædicauerunt: nisi ut hoies in dño sperarẽt (sacrificate itaqz hoies sacrificium iustitię:& sperate i dño) & ipse liberabit uos & eruet ð oĩ tribulatiõe. O magna uirtus spei:nimis diffusa est. (Diffusa est enĩ grã i labiis tuis). O uere altissimũ refugiũ tuũ dñe:ad qđ malũ tristitiæ accedere nõ poterit. Hæc cognoui:& itellexi:iõ in te dñe spaui: q̃q̃.n. pctõrũ moles me grauiter premat: tñ desperar̃ nescio qa bonitas tua tã benigne ad sperãdũ me prouocat. (Ideo ñ cõfundar i eternũ) Potero qdẽ in tpe cõfũdi nõ tamẽ in eternũ:spes enim: que itroduxit in altissimũ refugiũ tuum: nõ me docuit sperare temporalia: sed æterna. Nam spes de inuisibilib⁹ est: quæ aũt ui-

denť: tēporalia sūt: quæ uero nō uidenť: æterna. Au
diēs itaqȝ ego uerba spei: q̄ me eripere de manibus tri
stitiæ uenit: in te dñe speraui: cupiēs ante oīa a pecca
tis liberari: & p misericordiā: & grām tuā ad æterna
q̄ nō uidenť: puenire. Hoc primū desiderium meum:
mea. n. pctā sūt maxia tribulatio: ab hac eni oīs alia
tribulatio pficiscitť. Tolle dñe pctā mea: & liber sum
ab oī tribulatiōe. Nam tribulatio: & angustia de fon
te cordis pcedūt: oīs eni tristitia ex amore puenit: si
amo filiū: & moriť: tribulor: qa pdidi: qd amabā: si
seruum non amo: & moritur: nō contristor: quia per-
didi: quod non amabam. Tolle ergo domine pecca-
ta mea per gratiam tuam. Quid restat? nisi ut te ex
toto corde diligā: & oia tēporalia: ut uana: cōtēnā: si
ergo te habeo p fidem: a quo etiam id spero (quod
oculus nō uidit: nec auris audiuit: nec i cor hoīs ascē
dit) qd me poterit cōturbare? Quicqd præter deum
amisero: pdidi: quod ñ amo. (In te itaqȝ dñe spaui)
qūo spes mea sperare me docuit (iō non confundar in
æternū) qa mihi dabis æterna. Qui autē nō sperat in
te: sed in uanitate sua: confundeť in æternum: qa ad
æternā cōfusionē descēdet. Potero qdeȝ cōfundi tpa
liter: & a te: & ab hoibus: sed nō cōfundar in æternū
A te qppe dū peto liberari ab angustia temporali: &
fortassis nō exaudies me: cōfūdar tūc qdē tēporaliter
ut nō cōfūdar in ęternū. Non enim expedit mihi (qa
uirtus in ifirmitate perficitur). Ab hominibus uero
tpaliter confundar: & p̄ualent aduersus me: qn per-
sequunť me. Sed hoc etiā pmittiť a te: ut in ęternum
non confundar. (Si ergo ante te mille anni sunt tan
q̄ dies hesterna q̄ p̄teriit) cōfusiones tēporales libēter

sustinebo:ut non cõfundar in æternũ: sperabo in domino:quomodo spes mea me sperare docuit: & cito ab omni tribulatione liberabor. Quibus meritis liberabor? Non meis domine: (sed in iustitia tua libera me.) In iustitia tua dico:non mea. Ego enim misericordiam quero:non meam iustitiam offero. Sed si per gratiam tuam me iustum reddideris: iam habeo iustitiam tuã. Grã enim tua in nobis est iustitia tua. Pharisæi confidebant in operibus iustitiæ: & fidebãt quidem in iustitia sua: & ideo iustitiæ dei non fuerũt subiecti: quia ex operibus legis non iustificabitur oĩs caro coram deo. Iustitia autem dei apparuit per gratiam Iesu christi:etiam sine operibus legis. Philosophi gloriabantur in iustitia sua: & ideo non inuenerunt iustitiam tuam:quia non intrabant per ostium: fures erant: & latrones: qui uenerant non ad saluandum:sed ad perdendum: & mactandũ oues. Gratia ergo tua:iustitia tua domine: & gratia iam nõ esset. si ex meritis daretur:ergo nõ in iustitia mea:sed ĩ iustitia tua libera me a peccatis meis: uel certe libera me in iustitia tua:idest in filio tuo: qui solus inter homines inuentus est iustus. Quid ergo est filius tuus: nisi ipsa iustitia:in qua omnes hoĩes iustificant: In tua ergo iustitia iustifica me:et libera me a peccatis meis:ut liberer etiã ab aliis tribulatiõibus:quas ꝓpter ea patior: (ut remota causa remoueatur effectus.) Ecce te domine rogaui: & consolatus sum: spes ita me docuit:gauisus sum:quia in te domine speraui:ideo nõ confundar in æternum. Tristitia rediit: cum magno apparatu reuersa est:gladiis: & lanceis undiq; munita est magno impetu graditur: iam ciuitatem nostrã

circumcinxit. Terruit me clamor equitum eius: foris stans silentiũ indixit: & procul locuta est. O iniqui. Ecce qui sperauit in domino: qui dixit: (non confundar in æternum:) qui spem consolatricem secutus est & cum me ad hæc uerba erubescere conspexit: appropians ait. Vbi tuæ spei promissa? ubi consolatio? ubi liberatio? quid tibi profuerunt lachrimæ: quid orationes tuæ tibi attulerunt? de cœlo clamasti: & nemo respondit tibi? fleuisti: & quis misericordia motus est super te? Inuocasti deum tuum: & ipse tacuit. Rogasti eum: & obsecrasti: & non fuit uox: neq; sensus. Implorasti omnes sanctos: & nullus eorum respexit te. Ecce quid tibi attulerũt uerba spei? Laborasti: & nihil in manibus tuis inuenisti. An putas qa deus hæc inferiora respiciat? Circa cardines cœli perambulat: nec nr̃a ↄsiderat. Hæc illa blaspemans aiebat: & cũ ad uerba eius horrescerẽ: appropians in aure locuta ẽ dicẽs. Putas uera eẽ quæ fides p̃dicat. Vis uidere ea hoiu; esse ↄmẽta: uel ex hoc cognosce: qa si deus factus esset hõ p hoibus crucifixus: nõ posset tãta pietas hoiem maximo mœrore cõfectũ ad se clamitantẽ: & lachrymãtem nõ consolari: si: ut aiunt: bonitas infinita eum de cœlo descendere fecit: ut crucem subiret: quomodo nũc ad hoies miseros non descenderet: ut eos cõsolaretur: hoc certe facilius est: & eadẽ pietate subueniendum. Cur angeli: & beati: si tã pii sunt: non ad te cõsolandum ueniũt. Quot putas homines: si possent: ad te uenirẽt: & uerbis: & operibus quantũ facultas daretur: te letificarent: quot etiam ab omni angustia liberarent. Cur hoc nõ faciũt beati: qui longe meliores hominibus esse credũtur? mihi

crede casu

crede: calu omnia regũtur: nõ sunt nisi ea: quæ uidẽ tur: spiritus uester euanescet sicut fumus: qs unq̃ re- uersus ab inferis nũciauit aliqd de his: quæ dicũtur post mortem animabus euenire: fabulæ sunt hæ mu lierculaꝝ: surge ergo: & ad auxilia hominum confu ge: solutus taliter uiuas: ut non frustra ab ista tua spe deceptus: semper labores: His dictis tãtus clamor au ditus est in castris eius: tantus est armoꝝ strepitus: ac tubaꝝ clãgor: ut uix subsistere potuerim: & nisi spes mea dilecta mihi auxiliũ pręstitisset: uinctum cathe nis me ad suam regionem tristitia deduxisset. Venit itaq; spes diuino quodã splendore corrusca: & sub- ridens dixit? Eia miles christi: qd tibi cordis: qd tibi animi est in isto certamine? Quod audiens illico eru- bui. Et illa: noli timere: non capiet te malũ: nequaq̃ peribis: ecce tecũ sũ: ut liberẽ te. An nescis: qa scriptũ est (dixit insipiens i corde suo: nõ est deus:) quasi uni de stultis mulieribus locuta ẽ tristitia hæc: nunqd ti bi persuaderi poterit nõ esse deũ: aut deũ non habere prouidentiã omniũ? An poteris de fide dubitare tu? qui tot argumentis: & rationibus eam roborasti: mi ror te adeo ex eius uerbis esse prostratum? Dic obse- cro: num in corde tuo de fide dubitare cœpisti. Viuit dñs: & uiuit anima tua: o mater mea dulcissima: qa nec minimum infidelitatis stimuluz sensi. Nã per chri sti gratiã non minus credo uera esse: quæ fidei sunt: q̃ ea: quæ oculis corporeis cerno. Veruz tristitia adeo me premebat: ut potius traherer ad desperationem: q̃ ad infidelitatem. Fili scias: hoc magnuz donum es se dei: nam fides donum dei est: non ex operibus: ne quis glorietur: exurge ergo: & noli timere: sed poti-

us ex hoc cognosce: qa non reliquit te dñs: qui & si
non cito exaudit: non est desperandum: si moram fe
cerit expecta eum: qa ueniens ueniet: & nõ tardabit.
Agricola patienter expectat fructũ in tempore suo.
Natura nõ statiʒ introducit formã: cũ aliqd generat:
sed primũ materiam pręparat: & paulatim disponit:
donec susceptiõi faciat idonea. Scias tamẽ dñm sem-
per pie: & humiliter orantẽ exaudire. Nunq̃ uacui ab
eo recedũt: nec rationibus hoc ꝓbare cõtendaʒ: eo ꝙ
in te ipso hoc senseris. Dic mihi: qs cor tuum ad de-
um leuauit de terra? quis te ad orandum perduxit?
qs dolorem peccatorum: & lachrymis exhibuit? qs
spem dedit? qs te hilarem in oratione: & post eam re
liquit? quis te in sancto proposito quotidie confir-
mauit? nõne dñs q omnia i omnibus operatur? si igi
tur hæc tibi iugiter dona largit̃: cur dicit illa fœmi-
naꝝ pessima: ubi sũt orationes tuæ? ubi lachrymæ?
& cætera uerba blasphemiæ? An nescis: qa distincta
ẽ cœlestis Hierusalẽ ab ista terrestri? An ignoras: quia
nec cõueniens: nec necessarium: nec itẽ utile est: deum
seu angelos: & sanctos eius uisibiliter ad hoies descẽ
dere: & eis familiariter loqui? cõueniens quippe non
est pp distãtiam meritoꝝ. Que enim conuentio lucis
ad tenebras? non enim bñ cõueniunt uiatores: & cõ-
prehẽsores: diuersæ ciuitates diuersos hñt ciues: ueꝝ
qbusdã pp excellẽtiam scitatis: cũ sunt iam patrię ui
cini: datũ est angelos uidere: & eos alloq: sed spãle pri
uilegium nõ oẽs tãgit. Necessarium aũt nõ est: qa cuʒ
inuisibiliter beati nos gubernẽt: & illuminẽt: ac cõso
lẽtur: nõ est opus uisibiles apparationes adhibere: q̃q̃
dñs adeo bonus est: ut apparationes ẽt uisibiles: cum
opus

opus fuerit: nunq̃ prætermitat: qd enim potuit facere pro nr̃a salute: & nõ fecit utilis quoq; nõ est: (quia nimia familiaritas parit ɔtemptũ:) nam iudæis miracula: & magna: & multa nihil ꝑfuerũt. Rara enim p̃ciosa sunt. Sufficiat ergo tibi inuisibilis uisitatio: scit enim dñs qd opus sit tibi. An non ipse consolatus est te? Sic quid in tuo corde sensisti. Surge ergo: & ad orationeʒ reuertere. Clama: pete: quære: pseuera: q̃a si nõ dabit: eo ꝙ amicus eius sis: pp tñ importunitatem dabit oia: quæ sunt necessaria. His uerbis consolatus surrexi: & ꝓstratus ante deum ꝓsecutus sum orationem meam dicẽs. (Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me.) Domine deus meus ad te reuertor: spes me misit: non mea præsumptione uenio. Bonitas tua me inuitat: misericordia tua me trahit. O quanta dignatio. Gaudeo plane: nec mihi alia supest cõsolatio: fœlix ꝑfecto ista necessitas: quę me ad deũ uenire cõpellit: quæ me cogit loqui cum eo: quæ me urget orare. Loquar igitur ad deum meum: q̃uis sim puluis: & cinis. (Inclina ad me aurem tuam). Quid ais anima mea? num deus habet aures? num ipsę corpus est? Absit. Cũ enim longe melior sit spiritus corpore: qs afferat deũ esse corpus nisi insanus. Sed balbutiendo: ut possumus dñe: excelsa tua resonamus. Cognoscimus te per creaturas: loquimur tibi: & de te per earum similitudines. Auris itaq; tua dñe quid est: an forte cognitio tua? Nam per aures intelligimus ea: quæ nobis dicuntur: tu autem omnia: quę loquũtur: et cogitant homines ab æterno cognouisti. Num ergo per aurem tuam accipere possumus: cognitioneʒ tuam? Aliquid profecto insinuat mihi auris tua: qd

non capitur in nomine simplicis cognitionis tuæ. Nã quibusdã inclinas aurem tuam: aliis uero auertis eã. Cognitio autem tua semper eadem permanet. Quid ergo auris tuæ nisi approbationis: & reprobationis notitia tua. Inclinas aurem tuam: & audis uerba iustorum: quia tibi placent: & approbas ea. Auertis aurem tuam a uerbis impiorum: quia ab impietate recedere nolũt: qa tibi non placent: & reprobas ea. Quid est ergo iclinare aurẽ tuã loquẽtibus tibi: nisi eorum orationes approbare: & eos uultu pietatis aspicere: illuminare: & accendere: ut cum fiducia: & charitatis feruore te orent: atq; deprecentur. Quid eis dare uis: qđ humili pietate postulant. Nam si rex pauperi sapienti: loqui ẽt cum eo: uultũ hilarẽ ostendat: oculos ad eum cõuertat: & attẽtum uerbis eius se demonstret: nõne letabitur pauper: nõne facies: & attentio regis eloquium ei prestabit. Nõne uerba: & facundiam subministrabit. Ita domine intelligimus te ad nostras preces: tunc inclinare aurem tuam: quando nos in oratione spiritu feruere concedis. Rogo ergo te dñe: inclina ad me aurem tuam: approba orationẽ meaʒ: illumina me: accende me: doce quod petere debeam: eleua sursum cor meum: ut tandem exaudias deprecationem meam: (accelera ut eruas me:) abbreuia dies: festina tempus. Ita inclina ad me aurem tuã ut cito merear exaudiri. Tibi eniʒ: qui habitas æternitatem: omne tempus breue est: æternitas namq; tota simul comprehendit: & in imensum excedit totum tempus uniuersum. At mihi quælibet dies longa est. Nam tempus est numerus motus: qui eniʒ motum non sentit: nec quidem tempus sentit: at qui sentit motum

tit motum: & tempus sentit: maxime aũt motũ sen-
tit: qui numerat partes eius: ego itaqꝫ quia numero
dies: & horas: maxime tempus sentio: & ideo sicut
tibi mille anni: tanq̃ dies externa: quæ preteriit: ita
mihi una dies tanq̃ mille anni: qui uéturi sunt: (acce
lera ergo dñe & eruas me) a peccatis: & aduersitati-
bus meis. Nam mors properat: & in omni loco me ex
pectat: accelera dñe: ne forte p̃occupatus ab ea: nõ ha
beam spatium penitentiæ. Erue me dñe de manu ma
ligni: libera me de uinculis peccati: eripe me de laqueo
mortis. Educ me de profundo inferni: salua me ab
oppressione: & dura seruitute tristitiæ: ut anima mea
exurgat: & lætetur in te: & benedicat tibi omnibus
diebus uitæ suæ: gratias tibi domine per Iesum sal-
uatorem meum: (quia secundum multitudinem do-
lorum meorum in corde meo: consolationes tuæ leti
ficauerunt animam meã. Ego igitur semp in te spe-
rabo: & adiitiam super omnem laudem tuam. Tu
aũt dñe iclina ad me aurẽ tuã: accelera ut eruas me.)
Heu me miserum. Ecce iterum tristitia terribilibus ar
mis instructa. Vexillum iustitiæ p̃cedit eam. Innu-
merabilis exercitus sequitur pedes eius: unusquisqꝫ
lanceam habet in manu sua: uasa mortis circũquaqꝫ
cõspitio. Veh mihi: quia perii: uoce horribili clamat.
O miser: spes illa tua te decepit: ecce laborasti in ua-
num: dixisti enim (inclina ad me aurem tuam: ac
celera: ut eruas me.) Nunquid inclinauit ad te deus
aurem suam? nunqd exaudita est oratio tua? ubi li-
beratio? ubi consolatio? nuꝫ accelerauit eruere te? ad
huc uinctus es: nihil erga te inouatum est. *Si credis*
fidem esse uerã: cur spem solaꝫ amplecteris? an nescis

quia deus iustus est: an ignoras iustitias eius: ange-
lis suis non pepercit: nõ misertus est eis: neqꝫ misere-
bitur: per unuꝫ peccatũ tantũ damnati sunt in perpe
tuum. Adam peccauit: & iustitia dei totum genus
morte puniuit. An putas deum non ita amare iusti-
tiam sicut misericordiam: pueri in originali peccato
decedentes nunq̃ uidebunt faciẽ dei: adeo enim seue
ra est iustitia dei: ut propter peccatum: quod ipsi non
fecerunt: sed contraxerunt: æterna pœna plectantur
(in iferno aũt nulla est redemptio:) nescis quia deus
non parcit delinquenti: Nõne tempore Noe perdidit
fore totum genus humanum: Nonne sodomã: & reli
quas ciuitates ei adherentes igne consumpsit: Nec iu
stitia diuina infantibus: & innocentibus saltem com
passa est. Quotiens iudæos peccantes puniuit: Non
ne Hyerusalẽ per manũ Nabuchodonosor funditus
euertit: Tẽplo quoqꝫ suo non pepercit. Quod etiã a
Tito romanoꝝ principe factum est: ubi tam crudeli
aĩaduersiõe grauati sunt iudæi: ut nemo qui audiet
nõ expauescat: sed uide q̃ dura sit iustitia diuina: filii
pro patribus usqꝫ in hodiernum diem puniuntur: ec
ce iudæi ubiqꝫ terrarum serui sunt. Et in cecitate sua
morienttes pœnis cruciãtur æternis. An putas: qa
maior sit misericordia dei q̃ eius iustitia: Eqdem in
ipso deo: neqꝫ maior: neqꝫ minor est. Quicquid eniꝫ
est in deo: est substantia eius. Sed opera iustitię: & mi
sericordiæ consideremus. Nimirum opera iustitiæ ex
cedũt opera misericordiæ: deus ipse testis est: qui ait:
multi sunt uocati: pauci uero electi. Pensa obsecro
quot infideles dãnatur: quot mali christiani: q̃ pau-
ci bene uiuunt: & facile intelliges: longe plura esse ua
sa iustitiæ

la iustitiæ q̃ misericordiæ: electi enim dei uasa sũt mi
sericordiæ: reprobi uero uasa iustitiæ. Non te spera-
re faciat maria Magdalena: non latro: non Petrus:
nõ Paulus. Maria enim una fuit: latro unus: Petrus
unus: Paulus item unus. An putas te iter paucos cõ
numerandum: qui tot: & tam magna peccata cõmi-
sisti: qui scandalum in ecclesia fuisti: q cœlum: & ter-
ram offendisti: ecce fleuit oculus tuus: cor tuum mise
ricordiam implorauit: & adhuc misericordiam non
es consecutus. Tot orationes eorum: qui diligebant
te: non fuerunt exauditæ. Quare hoc nimirũ? qa in
ter uasa iustitiæ cõputaris. Spes illa tua frustra te la-
borare fecit. Sequere consilium meum: cœlum te res-
puit: terra te non recepit: confusionem hanc magnã
quis tolerare possit? melius est tibi mori q̃ uiuere: eli-
ge mortem: q̃ si nullus infert: mitte tu manus in teip-
sum. Hæc illa mira importunitate ingerebat: totus-
que exercitus eius magnis uocibus congeminabat:
dicens. Mors sola refugium tuum: mors sola refugi-
um tuũ. Ego hæc audiẽs expaui: & illico in faciẽ ceci
di eiulãs: & dicẽs. (Dñe adiuua me: dñe ne derelin-
quas me.) Spes mea ueni: spes mea ueni. Ecce subito
spes de cœlo micãs descẽdit: & tetigit latus meũ: & le
uauit me: statuitque supra pedes meos: & ait: usque
quo paruulus eris? Quamdiu tyrunculus esse uoles?
totiens in bello fuisti: & in medio umbræ mortis am
bulasti: & nondum certare didicisti? Noli turbari de
magna iustitia dei: cõfortare pusillanimis. Timeant
qui ad dñm non cõuertuntur: q ambulant in uiis su
is: q sequuntur uanitates: q uiã pacis non cognoue-
runt: paueant impii: q peccant: & dicunt. Quid feci.

Qui non conuertunt ad cor:q uocantur: & uenire renuunt: ignorant deum: & nolunt intelligere: ut bene agāt: hi ergo timeant. Quid dicit apostolus (horrendū est incidere in manus dei uiuentis.) Tales profecto iustitia dei punit huiuscemodi homines ad eaz spectant. At peccatores: qui ad se reuersi surgunt: & ad patrem misericordiarum currunt dicentes (Pater peccaui in cœlum & coraz te: sed propitius esto mihi peccatori) confidant in dño: quia qui eos traxit: proculdubio suscipiet: & iustificabit. Proferat in mediū hæc ipsa tristitia (si potest) aliquē peccatorem quātūlibet magnū: q ad dñm conuersus sit: & nō fuerit ab eo susceptus: & iustificatus: q̄uis eni de Esau scriptū sit: non inuenit pœnitentiæ locū: q̄q̄ cum lachrymis inq̄sisset eā: hoc nō obstat nostræ sententiæ: qa Esau nō fleuit ꝓpter peccata cōmissa: sed ꝓpter bona tēporalia amissa: q̄ recuperare nō potuit. Nec putes iustitiam ita respicere ipsos: ut a misericordia pēitus separentur: nec misericordiam ita ad iustos spectare: ut a iustitia seiungantur (uniuersæ eni uiæ dñi misericordia: & ueritas) Nam & peccatoribus misericordiam facit: dum eis ꝓpter bona: quæ tēporaliter agunt: tēporalia bona retribuit: et post hāc uitā eos non q̄tum merētur: punit: electos quoqz sua iustitia ꝓsequitur: dum pro culpis eos tēporaliter affligit: ne pœnis deputentur æternis. Tu igitur patiēter interim sustine dñm: peccasti enī: penitentiā age: sufficiat tibi remissio culpæ p gratiā eius. Fili mi: noli negligere disciplinam dñi: neqz fatigeris: dū ab eo argueris. Quē eniz diligit deus: castigat: flagellat autē omnē filium: quē recipit. Perseuera ergo in disciplina: tanq̄ filio tibi offert se

fert se deus: & q̃uis pauci sint electi cõparatiõe eoꝝ: q reprobi sunt. Innumerabiles tamẽ sũt: q saluantur nec una tãtũ est Maria Magdalena: nec tãtũ unus latro: unus Petrus: unus Paulus: quia ĩnumerabiles secuti sũt eoꝝ uestigia pœnitentiã agentes: & a dño suscepti. Multis magnisq; gratiç muneribus decorari: nec minor est misericordia i operibus suis q̃ iustitia: nam tã magna bona misericordia iustis p̃stat: ut opera eius opera iustitiæ in ĩmensũ excedant. An nescis qa misericordia dñi plena est terra. Quç nam creatura potest gloriari: se aliquid habere: & non accepisse illud a misericordia. Si autem grauiter deum offendisti maior est eius misericordia: q̃ omnia peccata mũdi: noli turbari propter multitudinẽ; & grauitatem peccatorũ. Nõne misericordia iam occurrit tibi. Nõne osculata est te. ecce cecidisti: & nõ es collisus. Quare? nunquid tu non es uas fragile: quod cum ceciderit: conteratur necesse est: nisi quis supponat manum suam. Quare ergo cadẽs non es contritus. Quis supposuit manum suam. Quis inquam nisi dñs. Signũ hoc magnum electionis tuæ: electus enim cum ceciderit: non collidetur: qa dñs supponet manum suã. Nonne scribit Apostolus (Diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum:) & adeo omnia: ut etiã ipsũ peccatum eis cooperetur in bonũ? Nõne eis ille casus cooperatur in bonũ: unde & humiliores efficiuntur & cautiores. Nonne dñs cadentem illum suscipit: q ab humilitate suscipitur. Dilexisti dñm: pluribus annis pro eius amore laborasti. Eleuasti deinde cor tuum: & in uãitate sensus tui ambulasti: subtraxit dominus manum: & cecidisti: & in profundum maris

descendisti. Verumtamen dignatio domini statim supposuit manum suam: & non est collisus. Dic ergo. (Impulsus euersus sum ut caderē: & dominus suscepit me. Non sic impii: nō sic:) quos deus reprobauit: (cadentes autē non adiicient: ut resurgāt.) Sed aut pudore noxio excusant peccata: aut fit eius frons meretricis: & iam non deum timēt: nec hoiem reuerentur. Surge itaq;: & forti animo esto: (confortare: & esto robustus: expecta dñm: & uiriliter age: cōfortetur cor tuū: & sustine dñm:) probasti uirtutē tuam q̄ nulla sit: humiliare ergo eā sub manu potēti dei: & amodo cautior esto. Patientia tibi necessaria est: sine intermissione ora: & dominus exaudiet te in tpe opportuno. Surge itaq;: & omnē tristitiam a te repelle: pedes dñi amplectere: & ipse saluabit: & liberabit te. His dictis: rapta est in cœlum me confortatum: & miro modo consolatum relinquens: quam statim ex toto corde prosecutus ante deum fleti: & ad pedes mei saluatoris prouolutus confidenter dixi.

¶ Esto mihi in deum protectorem: & in domū refugii: ut saluum me facias:) tu enim deus omnium magnus: & fortissimus: tu redemptor: & saluator uniuersorum: tu protector tuorū fidelium: ad te confugio confidenter. Spes me introduxit: spes: quam tua pietate: summe diligis: quam nobis semper cōmendasti: nō timui ante faciem tuam cum ea uenire: fateor. Indignus sum: sed ipsa me traxit. Timebam ingredi propter multa scelera mea: sed ipsa mihi fiduciā præbuit. Ecce stat coram te: ipsa testimoniū perhibebat: loquar ad dñm meum caro: & peccator. Spes me docuit: dixitq; mihi: ut confidenter os meum aperiā.

Dulcis

Dulcis inquit est dñs : non te repellet: non irascetur: libenter audiet: quicquid petieris dabit. (Credidi ei propter quod locutus sum.) Verum tuam maiestatẽ considerans humiliatus sum nimis: (& dixi in excessu meo: oĩs homo mendax:) non confidam in homine in æternum. Sed in te solo. Quia tu solus fidelis in omnibus uerbis tuis: omnis autẽ homo mendax. (Quid retribuam tibi dñe pro omnibus: quæ retribuisti mihi. Calicem salutaris accipiam:) quia amodo non mihi: sed tibi uiuam: pro tuo amore benefaciens omnia mala tolerabo: non mea uirtute hoc faciam: sed nomen dñi inuocabo. (Vota mea reddã coram omni populo tuo: quia preciosa est in conspectu dei mors sanctoꝝ eius. Esto ergo mihi in deum ꝓtectorem:) defende ab inimicis meis. Inimici mei sunt peccata mea: quæ iustitiam tuã prouocant cõtra me. Non potero stare contra eum: nisi ꝓtegas me: misericordia tua sit scutum meũ dñe: ut scutũ bonæ uoluntatis tuæ corona me. Non habeo qd offeram ei: quo furorẽ eius temperare possim: oĩa quæ mecum porto me accusant: offeram ergo te dñe: ne idigneris dñe deus meus. (Sed magis esto mihi in deũ ꝓtectorem. Sub alis tuis ꝓtege me. Scapulis tuis obumbra me: & sub pẽnis tuis spabo.) Quid faciet mihi iustitia: si sub tua ꝓtectiõe me custodies. Obmutescet dñe: & gladiũ furoris sui reportabit in locũ suum: mitis efficietur uidẽs pietatem incarnatiõis tuæ: cõspiciẽs uulnera passionis tuæ: cernẽs sanguinem charitatis tuę: recedet a me: & dicet: lætare fili: iuenisti me: comede in pace: & in idipsũ dormi: & reqesce: (esto itaqꝫ mihi dñe in deũ ꝓtectoreꝫ: in domũ refugii:) ut tpe plu

uiarum:& pcellaꝝ:tpe tentationũ confugiam ad te: quia in te solo salus mea: sis mihi tu domus refugii. Aperi mihi latus tuuꝫ lãcea pforatũ:ut ingrediar pectus tãtæ pietatis:i quo saluus sim a pusillanimitate spũs: & tẽpestate: (abscõde me in tabernaculo tuo in die maloꝝ: ptege me i abscõdito tabernaculi tui:) sit dom⁹ refugii mei ineffabilis pietas tua: (ut saluũ me facias.) Nõ.n.potero nõ saluus esse in domo refugii tui (altissimũ.n.posuisti refugiuꝫ tuũ.) Munitus est locus iste:nullus ibi timet hostis: utinã semp in eo manere liceret. Qui habitat in eo:uulnerari non potest:ad oẽm igitur tẽtationem: ad oẽm tribulationẽ: ad oẽm deniqꝫ cuiuscunqꝫ necessitatẽ: api mihi dñe domuꝫ refugii tui. Expãde sinũ pietatis tuæ: pateãt uiscera misericordiæ tuæ:ut saluũ me facias:nõ accedet illuc tentator:nõ calũniator ascẽdet:nõ pessimus fratrum accusator attinget: securus ero: nam pene mihi uideor securus. Gratias tibi bone Iesu: qa speꝫ tuã ad me misisti:quæ me de puluere suscitauit:& de stercorẽ erexit. Statuitqꝫ me corã te: ut sis mihi i deũ ptectorem:& i domũ refugii: ut saluum me facias.) Anima mea turbata est. En adest tristitia cũ uexillo iustitiæ uenit:ab hesterno cõflictu nõ recedit:aliis tñ armis munita est: nã arma mihi hac nocte subripuit gladiisqꝫ meis milites suos accinxit. Inermis ergo:& infirmus qd faciam? En q̃ pcaciter clamat:quãto impetu me aggreditur:quãto ꝯfidit de uictoria. Vbi inquit est ptector tuus? ubi domus refugii? ubi salus? Adhuc pmanes in fiducia tua uana? Cõsolatiões illæ tuæ de imaginatione pcedũt: fingis tibi deum ppitium: & ptectorem tuũ:& domũ refugii tui:& putas te

tas te in cœlum cõscendisse. Illuderis ꝑfecto a fantasia tua: & uana spe ꝯsolaris. An putas te usq; ad tertium cœlũ fuisse raptum. Sõnia sunt hæc. Recordare obsecro: q̃ graue pctm̃ sit ingratitudo. Nonne hæc fontem misericordiæ exsiccat? Memor esto dñm fleuisse sup ciuitatẽ Hierusalem: & ei mala uẽtura pnũciasse dicẽs. (Quia ueniẽt dies in te: & circundabunt te inimici tui uallo: & circundabũt te: & coangustabunt te: & ad terram ꝓsternẽt te: & filios tuos: q in te sunt: & nõ relinquẽt in te lapidem sup lapidẽ.) Causamq; tantoꝝ maloꝝ nõ tacuit: sed eã subiuxit dicens. (Eo ꝙ nõ cognoueris tp̃s uisitatiõis tuæ.) Ecce q̃ ingratitudo non mõ priuari bñficio: sed ẽt grauiter puniri meretur: nunqd hoc ad aĩam non spectat? Nonne aĩa in scripturis ꝑ Hierusalem sæpius significatur: quæ dum nõ uult cognoscere uisitationẽ dñi circundatᷓ a dæmonibus: & uariis tẽtationib⁹: qbus angustiata cadit: ad æterna ꝓsternitᷓ: nec i ea uirtus aut bonũ opus relinqtur: quod nõ destruatur: omni enim gratia priuatur: nec de cetero restauratᷓ (qa non cognouit tẽpus uisitationis suæ). Tu ꝑfecto: tu inquam es hec ciuitas pluribus: & magnis beneficiis a deo decorata: & nõ cognouisti ea: sed ingratus fuisti Ipse te ad imaginem suam creauit. In medio ecclesiæ nõ inter infideles te genuit. In florida ciuitate te posuit: aqua baptismi te sãctificauit: in domo religiosa te enutriuit. Tu aũt post cogitationes tuas cucurristi in uanitate sensus tui ambulasti: in ꝑfundum peccatoꝝ deuenisti: dñs te uocabat: & nõ respondebas ei. Sepe te monuit: & cõsilium eius neglexisti. Quotiens te illuminauit: quotiẽs te ad cor cõuertit: quo

tiens de somno excitauit? Inuitabat te: tu excusabas trahebat: & tu resistebas ei. Tādē uicit pietas ineffabilis: & imensa. Tu peccasti: & ipse te uisitauit. Tu cecidisti: & ipse te erexit. Tu ignorasti: & ipse te docuit. Tu cecus fuisti: & ipse te illumiauit. A strepitu mūdi: a tempestate pelagi: te ad quietē: & portum religionis pduxit: habitum sanctæ cōuersationis dedit: sacerdotem suū te esse uoluit: ad gymnasia suæ sapiētie adduxit. Ingratus tamē semp fuisti: & negligēter opus dei fecisti. Cum tñ scires scriptū esse. Maledict? qui fecerit opus dei negligēter. Nec sic pietas diuina te reliquit. Sed semp ad meliora bēigne perduxit: & quod maximum est: te sciētia scripturarꝫ ornauit: sermonem pdicationis in ore tuo posuit: & quasi unum de magnis uiris in medio populi te constituit. Tu āt alios docuisti: & teipsum neglexisti: alios curasti: & teipsum nō saluasti: eleuasti cor tuum in decore tuo: & ideo pdidisti sapiam tuam in dedecore tuo. Nihil factus es: & nihil eris ī ppetuum. An ignoras: quia seruus sciens uoluntatem dñi: & nō faciēs uapulabit flagellis multis? An nescis quia deus superbis resistit? Quomodo cecidisti lucifer: q mane oriebaris: q uulnerabas gētes: qui dicebas in corde tuo: in cœlū conscendam. Veruntamen in infernū detraheris in pfundum laci. Subter te sterneť tinea: & opimētum tuum erūt uermes. An putas nūc inuenire misericordiaꝫ: q scādalizasti plurimos: q toties a deo uocatus: & monit? rñdere noluisti. Vbi esset iustitia dei: ubi æqtas iudicii. Nō semp psequtur misericordia peccatorē: terminos sibi statuit. Nōne scriptum est. (Vocaui & renuistis: expādi maus meas: & nō fuit q aspiceret: de-

spexistis

spexistis omne cōsilium meuz: & increpationes meas neglexistis. Ego quoqz in iteritu ur̄o ridebo: & subsanabo cū uobis id: qđ timebatis: aduēerit.) Ecce qa nō semp misericordia peccatori dat ueniam. An non cōsideras gradus misericordiæ in te finem hēre? qui tot bn̄ficiis a deo honoratus in ꝓfundum pelagi ceci disti: q tot gratiis ornat⁹ ob tuā supbiā: & inanē gloriam scādaluz fuisti orbi terraꝝ. Nō te itaqz decipiat spes uana: quam seqris: uiue amodo: ut libet: noli in hac: & i alia uita pœnis ifernalibus cruciari. Elige habitare cum his (qui ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendūt) nec pudor te detineat fac frōtem meretricis: comedamus: & bibamus: cras enim moriemur. Despata est plaga tua: & isanabilis facta est. Hec cū dixisset: totus exercitus uocibus tremendis ululabat: & uerba eius repetebat dicens. Desperata est plaga tua: & insanabilis facta est. Ego uero memor admonitionum mr̄is meæ: q̄uis aliquantulum aīo deiectus pro uiribus erexi me: & fleti super pedes meos: eleuans oculos ad cœlū: unde auxilium expectabā. Et ecce spes hilari uultu: splendorib⁹ diuinis ornata: de alto descēdens ait. Quæ est ista: quæ i uoluit sententias sermonibus imperitis? quæ posuit terminos misericordiæ? quæ infinitum uult finire. quæ aquas maris in manibus portare se credit. An non audisti dn̄m dicētem (In quacūqz die ingemuerit peccator: omnium iniqtatū eius nō recordabor:) Quis est homo: qui non peccat? Quis potest dicere: mūdum est cor meū? ad omnes eni oratio dn̄ica spectat. In qua omnes homines dicere cōpelluntur. (Dimitte nobis debita nostra). Apostolos hoc modo do


minus orare docuit: nunquid ergo ad cæteros homi
nes hæc oratio nõ ptinebit? nõne apostoli primitias
spiritus acceperũt? Cur aũt docuit eos dñs sic orare:
si peccatum non habebãt: & si habebãt: qs poterit
gloriari se peccatorẽ nõ esse? Audi dilectũ discipuluꝫ
dñi. (Si diximus inqt: qa peccatum nõ habemus:
nosipsos seducimus: & ueritas in nobis nõ est.) Iaco
bus apostolus: (i multis ait: offendimꝰ omnes.) Om
nes ergo peccauerũt: & iugiter egẽt misericordia dei
sancti dei homines. Scriptum est enim (septies in die
cadit iustus: & resurget) Nõ ergo misericordia termi
nos habet: sed quotiẽscũqꝫ peccator ingemuerit: mi
sericordia pꝰsto erit. Nec interest: utrũ de magnis: aut
de paruis peccatis loquamur. Cecidisti: surge: & mise
ricordia te suscipiet. Corruisti: clama: & misericor
dia ad te ueniet: iteꝶ cecidisti: iteꝶ corruisti: conuer
tere ad dñm: & uiscera eius pietatis tibi patebũt. Ce
cidisti: corruisti tertio: & quarto: plãge: misericordia
te non derelinquet: quotiẽs peccas: totiẽs resurge: &
misericordia finẽ non habebit: ut quid iproperas be
neficia accepta fœminarum pessima tristitia? An non
Dauid propheta maximus magna & multa benefi
cia accepit? de quo dixit dñs: (inueni uiꝶ secũdũ cor
meum:) & tamen peccauit quidem grauiter tam in
adulterio q̃ in homicidio iusti uiri: & inocentis: nec ta
mẽ dñs suam misericordiam in eo terminauit. Quid
superbiæ peccatum adducis? Nõne ipse Dauid eleua
uit cor su um: & numerare fecit populum israel? glo
riabatur enim quasi Rex magnus: & potens in uirtu
te sua: nec tamẽ ob hoc reprobatus est. Quare? Quia
peccatum suum nõ abscondit: non illud prædicauit:
sicut

sicut sodoma: sed dixit. (Confitebor aduersum me iniustitiā meam dño) Misericordia itaqꝫ non sibi terminos posuit: sed reprobi statuūt sibi fines: ut ad eos non transeat: nam usqꝫ ad terminos eoꝝ uadit: sed ipsi repellūt eam. Hinc scriptum est (Perditio tua ex te israel: ex me tantūmodo auxiliū tuum) Aperi os tuum inqt misericordia: & implebo illud: expande sinum tuum: & dabo tibi mensuram bonam: & coagitatam: & superfluētem. Persiste in oratiōibus: & fletu: qa qui cœpit te diligere: & beneficiis: gratiisqꝫ ad suū amorem prouocare non deficiet. Sed magis pficiet opus suum: quæ nam causa naturalis incipit opus: ut in medio itineris desistat. Virtus seminis nō cessat: donec fructus ad perfectionem producat: quæ auis reliquit pullos suos: anteq̃ seipsos regere ualeāt? Cur hoc faciunt? quæ utilitas ex hoc prouenit illis. Nulla profecto. Sed tantum labor. Amor igitur cogit causas naturales suos effectus ad perfectum deducere: bonitas compellit eas: quam cupiunt diffundere: bonum est enim sui ipsius diffusiuum. Si hoc faciūt creaturæ. Quid faciet creator: ipse enim amor est: ipse bonitas infinita. An nō perficiet opus suum? Audi dominum Iesuꝫ. (Mea inquit uoluntas est: ut faciam uoluntatem eius: qui misit me: ut perficiam opus eius). Qui igitur cœpit te amare: te suis beneficiis: & gratiis attrahere: te a peccatis mūdare: ꝓcul dubio pficiet opus suum: hæc enim sunt præparationes æternæ uitæ. Cur igitur nunc cadens non est collisus? Nonne quia dñs supposuit manum suam? & quare supposuit manum suam? quare conuertit ad se cor tuum? Cur te ad penitentiaꝫ prouocauit?

Cur consolatus est te? Nõne: ut te mundet: & gratia sua dignum faciat: & ad uitam æternã perducat? Non sunt hæ illusiones: aut imaginationes tuæ. Sed diuinæ inspirationes. Sed esto imaginationes sunt. Nõne bonæ sunt? Nõne de fidei uirtute proueniunt? Cum itaq3 omne bonũ a deo sit: utiq3 sunt hæ imaginationes diuinæ illuminationes. Exulta ergo in uerbis istis. Ad hæc uerba adeo confortatum est cor meum: ꝙ præ gaudio psallere cœpi dicens. (Dominus illuminatio mea: & salus mea: quem timebo. Dñs ꝓtector uitæ meæ: a quo trepidabo) & ad pedes dñi cũ lachrymis ꝓuolutus dixi (Dñe si consistãt aduersum me castra: non timebit cor meum. Quoniam fortitudo mea: & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me: & enutries me.)

¶ Explicit expositio uel meditatio Fratris Hieronymi Sauonarolæ: Ferrariensis: sacri ordinis prædicatorum in psalmum. (In te domine speraui &c.) quã morte præuentus explere non potuit.

¶ Regulæ quædam breuissimæ: ac ualde utiles. Reuerendi ac deuoti Patris fratris Hieronymi Sauonarolæ: Ferrariensis ordinis prædicatorum: quæ ad omnes religiosos pertinent.



Rincipale studium religiosi est conari die noctuq3: ut anima sua sit dño deo coniũcta per orationem: & contemplationẽ: cõtinuumq3 amorem actualẽ. Quod quidem nequaq̃ facere poterit: nisi pacem mentis possideat: quã possidere non poterit: nisi se amore omniu3 creaturaꝝ: ac suiipsius penitus spoliauerit: ueneritq3 usq3 ad ꝯtẽptũ: & odiũ uitæ suæ.

Quæ oia

Quæ oīa si uoluerit obtinerē: necesse est cū oī sollicitudine prius has: quas subscribem⁹: regulas obseruarē.

¶ Primo ita debet pauptatē diligere in particulari & in cōmuni: ut statuat firmiter in corde suo: nullo modo: se uelle aliquid possidere: nec aliquid ad usū habere: nisi quod ei summopere necessariū fuerit: in tantum: ut odio habeat omnes diuitias magnas: & paruas: etiam ipsa uestimenta: sine quibus honeste uiuere non potest: gaudeatq; de monasterii paupertate: & doleat de eius abundantia cum desiderio: ut pauperrime uiuat usq; ad extremam necessitatem quia uere pauper in paupertate gaudet.

¶ Secūdo quātum ad uotum castitatis: ita debet fugere oēs carnis illecebras: ut nō modo ab illicitis: sed etiam a licitis recreationibus abstineat: ita ut nunq̄ ex toto relaxet præcōceptum rigorē: sed semp sibi iratus castiget rationabili obsequio corpus proprium: oēsq; sensus a delectatione cohibeat: nec satisfaciat desideriis suis: sed semp gaudeat flere: & lamentari: & domino decantare uersiculum illum (Recogitabo tibi omnes annos meos ī amaritudine animæ meæ.)

¶ Tertio semper ī mente habens domini nostri Iesu christi subiectionem ad matrem suam: & putatiuum patrē suum Ioseph: & obedientiam usq; ad mortē: mortem autem crucis: studeat cum omni conatu: & uiribus suis seipsum non solum maioribus: sed etiā æqualibus: minoribus: & omnibus etiam utilissimis seruire: & eis: ut decet statum suum: humiliter obedire: & cum Apostolo dicere (cum liber essem ex omnibus: omnium me seruum feci:) &c.

¶ Quarto studeat ita gubernare linguā suā: ut non

solum illicita nō loquat: non solum non ociosa uerba aut risum mouētia dicat: sed ēt necessaria in longum non ꝓtrahat: loquaturq; semꝑ de oibus cum timore: & potius desideret audire: & doceri q̄ loq: & aliū docere: quia in multis offendimus oēs: & q in uerbo nō offendit: hic pfectus est uir: & diabolus in nullo subtilius decipit religiosum q̄ per loquacitatem: p quaƷ subtrahit eum ab orone: & cōtēplatione: a qbus cū fuerit subtractus: pdit oē robur mētis suæ: & ita inimicus præualet facilit̄ ꝯtra eū: sicut uult: & ut libet.

¶ Quinto caueat a distractionibus: seu ab his: q̄ solent animuƷ in ptes diuidere: ut sunt curiositates sen suum: & itellectus. Qui.n. uolunt multa: & inutilia uidere: & audire: seu intelligere: diuidunt cor suū ad multa: & ita remanēt dissipati: nec ꝯpuncti. Negocia ergo ꝓximoꝝ: & facta aliena adeo relinquēda sunt: ut nec uelimus minimā eoꝝ ptē intelligere. Negocia quoqƷ cōuētus officialibus ipsis penitus relinquant. Quidā zelo quodā indiscreto: q nō est ſm cōscientiā uolūt oia intelligere: & iquietant seipsos: iplētq; mēs eoꝝ fantasiis: indignationibus: murmuratiōibus: & nōnunq̄ inuidia: & ambitiōe: ac detractiōe cōtra p̄latos: & alios confratres suos. Si nullum hēs officium in cōuentu gaude: qa pacem magis acqres. Si habes humiliter ea: que ad ipm ptinent: & sine querela exequaris. Ne desideres habere aliqd̄ officiuƷ: sed sta in pace: & libentius suscipe officia uilia q̄ honorifica: & breuiter ab omnibus: quæ te ab intentione contemplationis diuinæ & pacis: quātum possibile tibi est: salua obedientia: & charitate cauere debes: cum omni solicitudine: aliter pacem non inuenies.

¶ Sexto

¶ Sexto debet fugere hoium cōuersationē: pſertim sæculariū: & dissolutorū fratrū: potissime aūt mulierū: & ꝯsanguineorū: et solicitudinē amare: nec unq̄ in publicū apparere: nisi pro necessaria: honesta: uel utili causa: & semp breuiter se expedire. Neminē tñ ꝑpter hoc religiosus iudicet: aut cōtēnat: seipsum semp decipiēs tanq̄ utilem in oculis ꝓpriis īdignū arbitretur habitu religiōis: & aliorum fratrum conuersatione.

¶ Septimo cum omni: & sūma diligentia: & solicitudine uacare debet orationi: & cōtēplationi: ita ut sæpissime eleuet mentem suam ad deum: & oret cum breuitate tam in ecclesia q̄ in mensa: tam in domo q̄ in theatro: tam sedendo q̄ ambulando: & frequentissime dicat uersiculum illum. (Deus in adiutorium meum intende: dñe ad adiuuādum me festina.) Item dicat. (Misericordia tua dñe subsequet̄ me: ut inhabitē in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.) Sic enim faciens obtinebit mentis quietem: & adeo coniūget̄ deo: quod nihil aliud poterit cogitare: nec diligere: & erit quodā modo in hac uita beatus.


¶ Qui ergo seruauerit istas septē regulas: replebit̄ septem donis spūs sancti: a quo spiritu sancto aia eius acta gustabit ea (quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: quæ præparauit deus diligētibus se) & labores religiōis pro nihilo reputabit: & uidebit dies paucos præ amoris magnitudie.

¶ Religiosi aūt: qui ista nō considerant: sed ambulant sine cōsideratione finis ꝓprii. efficiuntur tepidi: ingeti: murmuratores: ambitiosi: iracūdi: loquaces: sēsuales: histriones: & duriores q̄ sæculares ad pœnitentiam: nisi deus per suam misericordiam eos reuo-

cet: aut conseruet: in alia labũtur præcipitia: a qbus nunq̃ postea liberantur: qa ut dicit sãctus Thomas diuin⁹ doctor in scd'a secũdæ. (Religiosi ex malitia peccantes efficiuntur pessimi: et incorrigibiles) & sanctus Augustinus dicit (ꝙ sicut nunq̃ expertus est meliores q̃ illos: qui i monasterio profecerunt: ita nec deteriores q̃ qui in monasterio defecerunt.

¶ Conemur igit̃ nos frẽs talem bonitatẽ in mõasterio accipere: ut simus meliores hoĩes mũdi: & magnã coronã acquiramus in cœlis: ubi regnat benedictus deus in sæcula sæculoꝝ Amen. FINIS

¶ Orõ: uel psalmus uenerabilis p̃ris fratris Hieronymi: de Ferraria: ordinis p̃dicatoꝝ sancti Dñici.



iligam te domine fortitudo mea.
Diligam te dñe: uirtus animæ meæ.
Diligã te semp ieffabilis exultatio mea.
Viuit iã nõ mihi: sed tibi tota uita mea.
Vita inquã: q̃ piit in magna mi$ia mea
Vita q̃ suscitata est in magna misericordia tua.
Nisi enim quia iuuisti me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
De portis mortis exaltasti me: ut annunciem omnes laudationes tuas.
Gratias tibi deus meus: quia liberasti me.
Gratias tibi lux mea: quoniam illuminasti me.
Gratias tibi amor cordis mei: qm̃ uulnerasti me.
Sero te timui: maiestas infinita.
Sero te cognoui: pulchritudo tam antiqua.
Sero te amaui: bonitas æterna.
Quærebam te quies mea: & non inueniebam.
Non inueniebam te: eo ꝙ male quęrebam.

Quærebam

Quærebã te p exteriora:& tu in interioribus hitas.
Lustrabam uicos:& plateas:& regem nõ inueniebã.
Quærebam foris:quod intra me erat.
Longe te esse putabam:& tu prope:& intus eras.
Eram longe a te:& tu prope mihi eras.
Dixisti mihi:& audiuit anima mea.
Quære intus:& inuenies bonum tuum.
At ego miser foris:quærebam deum meum.
Interrogaui terram:si esset deus meus.
Interrogaui inquam:& respondit mihi.
Quære super me:non sum ego deus tuus.
Interrogaui mare:& respondit mihi.
Fallitur talis:non sum ego deus tuus.
Interrogaui aerem:& respondit mihi.
Ascende superius:non sum ego deus tuus.
Interrogaui ignem:& respondit mihi.
Assume tibi penas:non sum ego deus tuus.
Interrogaui celũ solẽ lunã & stellas:& rñderũt mihi.
Exaltare super nos:non sumus deus tuus.
Interrogaui angelos:& responderunt mihi.
Accede ad cor altum:non sumus deus tuus.
Interrogaui uniuersas creaturas:& rñderunt mihi.
Responderunt inquam mihi uoce grandi:& forti.
Qui nos ex nihilo fecit:ipse est deus tuus.
Vbi est deus meus:respondete mihi?
Vbi quæram illum:docete me obsecro.
Vbiq; est deus tuus:quære in corde tuo.
Cœlum & terram implet:implet & cor tuum.
Et conuersus ad cor meum:aio ad deum meum.
Quomodo huc intrasti:domine deus meus.
Per quam portam uenisti:dulcis amor meus.

Oculos interrogaui: & reſponderunt mihi.
Si coloratus non fuit: per nos non introiuit.
Aures excitaui: & reſponderunt mihi.
Si ſonitum non fecit: per nos introiuit.
Nares pulſaui: & reſponderunt mihi.
Si non redoluit: per nos non introiuit.
Guſtum tetigi: & reſpondit mihi
Si non ſapuit: per me non introiuit.
Tactum adiuraui: & reſpondit mihi.
Si corpulentus non fuit: per me nō introiuit.
Intus ergo eras: & ſenſus hoc neſciebant.
In aiam intraſti: & per corporeos ſenſus non intraſti.
Lux enim tua lucet: ubi locus non capit.
Vox tua ſonat: ubi tempus non rapit.
Odor tuus redolet: ubi flatus non ſpirat.
Sapor tuus ſapit: ubi non eſt edacitas.
Amplexus tuus tangit: ubi non diuellitur.
Quid ergo eſt deus meus: quid tu amor meus.
Interrogaui eum: & reſpondit mihi.
Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus.
Vere tu es deus magnus: qui uincis ſcientiam nr̄am.
Tu ſolus es potens: & ueriſſime beatus.
Tu rex regum: & dominus dominantium.
Tu ſolus habes īmortalitatē: & lucē iacceſſibilem.
Quam nullus hominum uidit: nec uidere poteſt.
Multa de te dicimus: ſed deficimus uerbis.
Maiores enim omnium corde: & omni laude.
Tu es deus unus: in trinitate gaudens.
Deus pater: deus filius: deus ſpiritus ſanctus.
Tres quidem perſonæ: non tamen tres eſſentiæ.
Vnus deus ac dominus: non tres dii: aut domini.

Hic eſt

Hic est deus meus: qui bonorum meorum non indiget.
Qui propter suam bonitatem uniuersa hæc creauit.
Nulla re indiget: & omnia portat: ac gubernat.
Et propter nos homines seipsum exinaniuit.
Factus est homo: & pro hominibus crucifixus.
A mortuis resurrexit: & super omnes cœlos ascẽdit.
Vt nobis præparet immortalitatis locum.
Inde uenturus est iudicare uiuos: & mortuos.
Cui⁹ regni nõ erit finis: & cũ ipo regnabim⁹ in scla sẽpiterna
Vbi.n.caro mea regnat regnare me credo.
Si proprio filio: pro omnibus non pepercit.
Credimus: ꝙ cum illa omnia nobis donauit.
O inestimabilis dilectio charitatis.
Vt seruum redimeres filium tradidisti.
Dilexisti me ualde: unice amor meus.
Dilexisti me priusq̃ diligerem te.
Ad imaginem tuam: tu creasti me.
Omnibus creaturis tuis præposuisti me.
Angelos tuos spiritus: fecisti propter me.
Mandastiq; eis: ut custodiant me.
Ne forte offendam: ad lapidem pedem meum.
Intra infideles: non fecisti me.
In spiritu & aqua: baptizasti me.
Diuitias & paupertatem: non dedisti mihi.
Intellectum & sapientiam: docuisti me.
Et quando errabam: uocabas me.
Pulsabas ad ostium: & non aperiebam tibi.
Operabar in uirtute mea: quæ tamẽ uirtus non erat.
Currere uolebam: & deficiebam.
Ibi magis cecidi: ubi me magis stare credidi.
Factus sum uilis tanq̃ uas perditum.

Elongaui fugiens: in regionem longinquam.
Vanitatem dilexisti: & uanus factus sum.
Cecus eram: cecitatem amabam.
Seruus eram: seruitutem desiderabam.
Vinctus eram: uincula non horrebam.
Amarum dulce: & dulce amarum credebam.
Miser eram: nec cognoscebam.
Ego peccaui: tu me uisitasti.
Ego cecidi: tu me erexisti.
Ego ignoraui: tu me docuisti.
Ego non uidi: tu me illuminasti.
Abieram in peccatis: uenundatus eram.
Venisti ad me: ut redimeres me.
Et tm̄ me dilexisti: ut sanguinē tuū p̄ciū ꝑ me dares.
Dilexisti me plusq̄ te: qui mori uoluisti pro me.
Tali pacto: tam caro precio: reduxisti me de exilio.
Redemisti me: de supplicio.
Vocasti me nomine tuo.
Signasti me: sanguine tuo.
Vt memoriale tuum esset apud me.
Et nunq̄ recederē a corde: q ꝑ me nō recessit a cruce.
Cognoscam ergo te: cognitor meus.
Cognoscam te: uirtus animæ meæ.
Ostende te mihi: consolator meus.
Videam te: lumen oculorum meorum.
Veni ad me: gaudium spiritus mei.
Videam te: lætitia cordis mei.
Quisquis enim cognoscit te: diligit te.
Obliuiscitur se: amat te plusq̄ se.
Relinquit se: ut ueniat ad te.
Expelle ergo domine: tenebras mentis meæ.

Vt memoria mea: te recolendo gaudeat.
Oculus meus: te uiuendo iubilet
Anima mea: te diligendo ardeat.
Bonum est enim mihi: adherere deo meo.
Pone in salutari meo: tam spem meam.
Cũ enim tibi nõ adhereo: in trãsitoriis aĩo diffundor
Cogitatione uersor: locutione implicor.
Miser igitur ego: miser inquam ego.
Quando tibi tantum adhærebo: ut non pecem tibi.
Q̃n poterit mea obliqtas: tuæ rectitudini adæq̃ri.
Tu domine diligis solitudinem: ego multitudinem.
Tu silentium: ego clamorem.
Tu ueritatem: ego uanitatem.
Tu mundiciam: ego imundiciam.
Per temetipsum itaqꝫ: domine te rogo.
Illumina oculos meos: uulnera cor meum charita-
Perfice gressus meos: in semitis tuis (te tua.
Vt non moueantur uestigia mea.
Libera captiuum: collige dispersum.
Reintegra scissum: errige lapsum.
Da mihi cor: quod te cogitet.
Da mihi mentem: quæ te recolat.
Da intellectum: qui te intelligat.
Da rationem: quæ tibi faciliter adhæreat.
Da mihi animam: quæ te diligat.
Da uoluntatem: quæ nunc a te recedat.
Prope esto mihi in animo: prope in ore.
Prope in opere: prope in auxilio.
Prope esto mihi: quia amore langueo.
Prope esto mihi: quia sine te morior.
Prope esto mihi: quia te recolens sifcitor.

O dor eñim tuus: me recreat.
Memoria tua: me sanat.
Lux tua dulcis: me uiuificat.
Vox tua suauis: me delectat.
Sed tunc satiabor: cum apparuerit gloria tua.
Tibi ergo dixit cor meum: tibi inquam anima mea.
Quæsiui uultum tuum: uultum tuum dñe requiram.
Ne auertas faciem tuam a me.
Ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despici-
as me deus salutaris meus.
Q m̃ pater meus & mater mea dereliquerunt me.
Deus autem misericorditer: assumpsit me.
Legem pone mihi in uia tua.
Et dirige in semitam rectam: propter inimicos meos.
Ne tradideris me in aĩmas: tribulantium me.
Quoniam insurrexerunt in me: testes iniqui.
Et mentita est: iniquitas sibi.
Credo uidere bona domini: in terra uiuentium.
ideo cantabo domino: in uita mea.
Psallam deo meo: q diu fuero.
Iocundum sit ei eloquium meum: ego uero delecta-
bor in domino. Amen.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N

¶ Finiūt expoſitiões Reuerendi Patris Fratris Hieronymi ſauonarolæ Sup pſalmū. (Qui regis iſrael.) Sup pſalmū. (Miſerere mei deus.) Sup pſalmū. (In te dñe ſpaui.) Sup pſalmū. (Diligā te dñe.) Et quædā regulæ ualde utiles ad oēs religioſos. Nouiſſime cū textuū annotatiōibus diligenter recognitæ. Impreſſęqȝ Venetiis accurata diligentia per Cęſarem Arriuabenū Venetum: Anno chriſti. M.D.XVII.



